
BIBLIOTHECA UNIV. JAGELL. CRACOVIENSIS
51288
I Mag. St. Dr. P


51288
I



GRAMMATICA GALLICA

in

Tres informationes DIVISA.

Cum serie Vocabulorum & additamento nonnullorum sentimentorum.

Pro usu Nobilissimæ Juventutis Polonæ

Per

M. AMBROSIUM BUSZYDŁOWSKI,
In Alma Universitate Cracovienſi A.A.LL. & Philoſophiæ Doctorem, Ejusdemq; & Linguæ Gallicæ Profeſſorem, Contubernii Hieroſolymitani SENIOREM.

Brevi & clarô Compendiô

COLLECTA.

in Lucemq; publicam

Permiſſu Magnifici Domini

RECTORIS EDITA.

Annô Domini 1753.

CRACOVIÆ,
TYPIS UNIVERSITATIS.

L. XXI. 53.

INGENTILITIUM STEMMA ILLUSTRISSIMÆ DOMUS MEĘCINIORUM.



57288

Ut Rosa Veris honor; tum florum gloria Magna,
Est quoq; MEĘCINIÆ gloria summa DOMUS.
Ha suum vastos per campos spargit odorem,
Hæc virtute sua replet utrumq; Polum.
Monstrat quinq; comîs quòd sit gratissima; Cælo,
Regi, tum Regno, sic Fideiq; Domo.

ILLUSTRIBUS
ac
MAGNIFICIS DOMINIS,
DD. ADAMO
&
VALENTINO
DE KOROZWĘKI
MĘCINSKI,

Capitaneidis Ostrzeszovienſibus, Studiorum Humaniorum in Alma Univerſitate Cracov: Cultoribus.



Grammaticam Gallicam pro uſu Iuventutis compilatam Academicæ, Veſtro Magno Nomini eſſe offerendam duxi. Jlluſtres Magnifici Domini. *Novis enim Polonus Orbis, quòd* Veſtrûm Domus Illuſtriſsima *ſicut virtutum ita Literarum à tot ſæculorum tractu ſingula-*

re existat receptaculum, etiam Scholæ Regni Cracia Vniversitas in vobis eandem, in bonum & artes propensionem videt & miratur. Mirantur & alii qui bonarum qualitatum non ignorant pretium, quòd Vestrûm tenerior ætas senium præseferat, dum tanto non solùm in rerum cognitionem, sed etiam in eximiorum morum conquisitionem studiô ferimini, quantum sæpe multi intra se concipiunt, sed rarò vel nunquam exequuntur. Non revolvo hìc Vestræ Domus pervetustæ Originem, nec Illustrissimæ Atavos exquiro Prosapiæ; ut rectegesta Eorum publicem Orbi, cùm satis perennes indicant fasti, probantquè Annales, quòd ex hac Stirpe Illustrissima Viri prodibant & prodeunt Magni, quorum virtutes junctæ sapientiæ pridem Coronatæ Cælo toti debent patere Vniuersoe. Eminent hæc Cælestium probitatum documenta in S. ADALBERTO ARCHIEPISCOPO Gnesnensi & Martyre, in

B. VIN-

B. VINCENTIO KADLVBEK *ex* EPISCOPO Cracovienſi Ciſtercienſis Ordinis Alumno Sanctiſsimo, *in* B. ALBERTO MĘCINSKI, *Societatis* IESV *Martyre & aliis, Qui ex hac* Illuſtriſsima Sanctitatis MĘCINIÆ Domo *proceſſerunt. Non memoro gloriosa Cæterorum Porajorum facta, licebit tamen innuere; quòd ex hoc* Illuſtriſsimo Veſtrarum *Roſarum Vireto* SVMMI *in* TERRIS CHRISTI VICARII IV. S. R. E. CARDINALES *Triginta quatuor,* ARCHIEPISCOPI, EPISCOPI, Palatini, Caſtellani *& alii Ordinis Senatorii Viri ſexcenti quadraginta, Belli Imperatores centum, Cæteriq; quos hic non enumero, ſuam originem deriváruntNon etiam recenſeo in Sereniſſima Republica Polona Viros hucusq; ſuperſtites Vobis ſanguine junctos, nam tot Virorum merita non hæc tenuis opella, ſed vix ampliſſima volumina capere poſſent. Nequeo tamen, præterire* Illuſtriſsi-

ſtriſsimum & Excellentiſsimum Dominũ ADALBERTVM *de Korozwęki* MĘCINSKI, Capitaneum Oſtrzeſzovienſem, Genitorem Veſtrum Æſtimatiſsimũ, *Cujus Magnum Nomen, Magna loquuntur geſta, dum ea Cælum approbat, totaq; Catholica Sarmatia tenetur imitari. Loquuntur perennem famam Fundatoris Munificentiſſimi* Zarecenſis, Leſniovienſis, Choronenſis, Ogrodzinenſis Eccleſiæ, *dum alias liberali erexit & erigit ſumptu, alias jam jam lapſuras ad priſtinum redegit ſtatum, eas Altaribus & vario apparatu ornando, bonisq; ſuis ſufficientiſſimè cumulando. Publicant æternam gloriam Xenodochia, quæ non tantùm munificis Ejus ſteterunt impensis, ſed etiam illa egenis inhabitantibus alimoniam ſuppeditare, amictumq; providere non ceſſat. Augent Magnitudinem gloriæ* MECÆNATIS *ſui tot ſacrarum Religionum Cœtus, à quo innumera recipiunt Beneficia. Quid dicendum de*

Magnis

Magnis Illius in Patriam meritis? satis publicæ functiones quas cum totius Gentis Polonæ gloria expedire curabat, id testantur. Probant id Comitia Grodnenſia, *ad quæ Legatus cùm fuerit, ſummam prudentiam ferventemq; Zelum vidit Ejus* Majeſtas Sereniſsima, *dum Authoritate Dictorum, rationum pondere, conſultantium Capita ſcivit moderari. Probat & Supremum Regni Tribunal ſublime Illius ingenium ludiciumq; profundiſſimũ, dum* Mareſchalcum *agens expectantium luſtitiam coronabat vota, nullam ſententiam ferendo: quæ æquitati diſſona foret. Subticeo cætera Veſtrum Digniſſimi Genitoris geſta, ne magnorum rectefactorum molem humili ſtyló videar diminuere. Veneror nunc* Illuſtriſsimam & Excellentiſsimã Dominam MARIANNAM *de* MĘCINIIS, MATREM Veſtram Digniſsimam, & Illuſtrem *ac* Magnificam EVAM, SOROREM Veſtram Lectiſsimam, *Quarum qualitates*

non

non intendo describere, bene gnarus; quòd satis Domus MĘCINIA *ex se decoris habet, cujus vastitas brevibûs hujus opellæ marginibûs nequit coarctari. Prosequor pariter debita veneratione,* Illustrissimum & Excellentissimum Dominum ADALBERTUM *de Korozwęki* MĘCINSKI, CAPITANEUM *Vielunensem, Virum Toga Sagoq; Magnũ, Cujus rectefacta non revoco ad calculũ, cùm hæc toti Orbi Polono innotescant. Hinc est quòd jam à prolixioribus Domûs Vestræ* Illustrissimæ *desisto laudibus, sed non nisi Professorali Corde apprecor, ut* Illustres Magnifici Domini *vivatis incolumes in Parentum* Illustrissimorum *solatium,* Domûs Vestræ *pervetustæ in Decus, Reipublicæ in præsidium, Universitatis Nostræ in Coronam. Ita vovet.* A. E.

Nomini Vestro

Addictissimus

M. A. B. P. D. L. G. P. C. N. S.

INFORMATIO

Prima.

De primis Linguæ Gallicæ rudimentis.

Hæc informatio complectitur duo capita, in quorum 1mo Regulæ ad pronuntiationem ſpectantes explicantur. In 2do notæ Orthographicæ demonſtrantur.

CAPUT 1mum.

De Literis.

TOt numerantur Literæ in Lingva Gallica, quot ſunt in Latina quarum vocales ſunt ſex. Conſonantes reliquæ, his additur ç.

§. 1mus.

De Pronuntiatione Vocalium.

A. in omni voce pronuntiatur vg. *maladie* morbus l. *maladi.*

E. abſq; accentu in medio frequenter, in fine autem vocum nõ legitur vg. *veritablement* verè *modeſtie* modeſtia l. *veritablman modeſti.* Sed ante literas *r, z, t,* effertur, vg. *fermer* claudere, *ſortez* exite, *valet* famulus, l. *ferme, ſorte, vale.*

A é cum

E. cum accentu tam in medio, quàm in fine vocum legitur vg. *ſeparément* ſeparatim, *fertilité* fertilitas, l, *ſepare-man, fertilite.* Item *procès* proceſſus, *après* poſt &c. l. *proſe apre.* Idem eſt ſentiendum de vocibus monoſyllabis ſcil. *je, me, te, ſe, ne, le, que, ce,* &c in quibus licèt *e* accentu careat, tamen legitur. Quomodò vero *e* an magis clarè, vel minùs clarè proferri debeat, viva vox conſulenda eſt. *eo. ei. eu.*

I. legitur ut eſt vg. *fini* finitus.

O. etiam ſuum ſonum ſervat vg. *tort*, injuria, lege *tor.*

U. tale ſemper compreſſis labiis legitur vg. *dur* durus, *pur* purus, l. quaſi *diur piur.*

Y. hoc valet tantũ quãtũ in latina lingva vg. *ſyllabe* ſyllaba, *myſtere* myſteriũ, Exceptio tamen illius in Orthographia patet. *oi.*

§. 2dus.

De Pronuntiatione Diphtongorum.

ai. legitur ut *e* vg. *faire* facere, l. *fer.*

au. pronuntiatur ut *o* vg. *chaux* calx. l. *ſzo.*

ea. legitur ut *a* in vocibus, in quibus g

præ-

præcedit literam *e* vg. *il obligea* ille obligavit l. *i. lobliża* &c. Sed in vocibus *agréable* ſvavis, *géant* gigas, hæ duæ vocales ſeorſim ſonant propter accentum, quem litera *é* habet, unde lege *agreabl*, *żean* &c.

eo. legitur ut *o* vg. *geolier* cuſtos carceris l. *żolie* ſed *é* cum accentu ſuum ſonum habet vg *géographe* l. *żeograf.*

ei. legitur ut *e* vg. *Reine* Regina l. *Ren.*

eu. legitur quaſi una litera compoſita ex medietate antecedentis nempè *e*, & cõſequentis nempe *u*, vg. *neveu* nepos, *beure* butyrum l. craſſè & producendo *neve* &c. Sed in præterito verbi auxiliaris *avoir* ſcil *j'ai eu* habui *eu* legitur ut ſolum *u*, compreſſis labiis. Et in verbalibus ſimiliter vg. *piqueure* punctio, l. *pikiur.*

oi. legitur ut *oa* vg. *foi* fides, *moi* ego, *boire* bibere, l. *foa*, *moa*, *boar.* Excipe *connoître* noſcere, *paroître* apparere, cũ ſuis compoſitis *reconnoître* &c. in quibus *oi* pronuntiatur ut *e*, unde l. *kanetr*, *paretr.* Huc referuntur *foible* debilis, *adroit* circumſpectus, &c. Ubi *oi*, legitur ut *e.* unde l.

febl. &c. Sed in *droit* jus l. *droa.* Item in nominibus gentiũ *oi* pronuntiatur ut *e* vg. *Polonois*, Polonus *François* Gallus l. *Polone Franſe*, ſed in *François* Franciſcus, item in *ſuedois* ſvecus *Danois*, Danus l. *oa* unde *Fransoa* &c. Item in præteritis omnium verborum exeuntibus in *ois*, *oit*, *oient*, *oi* ſemper effertur ut *e* vg. *je liſois* legebam l. *že lize* &c. Syllaba verò *ent* in omni tempore tam præſenti, quàm præterito pluralis numeri ſubticetur. vg. *ils deſirent* illi deſiderant, *ils deſiroient* illi deſiderabant, l. *i dezir i*, *dezire.*

ou. legitur apertîs labiîs ut latinum vel polonum *u* vg. *doux* dulcis, *nous* nos l. *du*, *nu.*

ui. legitur in ſequentibus ut *i*, ſcil. *vuide* vacuus, vacuum, *vuider* evacuare, l. *vid*, *vide.* Ex qua occaſione obveniunt etiam vocales in vocibus ſecum concurrentes, quæ infra ponuntur.

ia. ie. legitur ut eſt vg. *diable* diabolus, *lumiere* lumen, l. *diabl lumier.*

io. oe. ſimiliter vg *chariot* currus, *coefe* capitis tegumen. l. *ſzario koef.*

ue. ui. pariter vg. *ſitué* ſitus, *nuit* nox, l. *nui*

iai. iau.

iai.iau. *i.* primum divisim legitur, reliquæ verò vocales ut supra patet vg. *niais* ineptus, *bestiaux* pecora. l. *nie*, *bestio*.

ieu.iou. pariter vg. *Dieu* Deus, *Chiourme* remiges navis. l. *sžiurm*.

oue.oui vg *chouette* bubo, *bouis* buxum l, *ſzuet bui*.

§. 3tius.

De pronuntiatione Triphtongorum.

aou. legitur ut latinum *u*, vg. *ſaouler* saturare l. *ſule*.

eau. effertur ut *o* vg. *chapeau* galerus *beau* pulcher l. *ſzapo*, *bo*,

eai. in prima persona præteriti simplicis verborum primæ conjugationis exeuntium in *ger* effertur ut *e* vg. *je rangeai* dispoſui l. *žeranže*.

eoi. in imperfecto verborum modi indicativi exprimitur ut *e* vg *je chargeois* gravabam l. *že ſzarže* &c. excipe *bourgeois* civis ubi legitur *oa* unde *buržoa*.

oeu. legitur quasi *e* sed crassè & insistendum est regulæ positæ supra de Diphtongo *Eu* unde vg. *voeu* votum *ſoeur* soror. l. *ve* &c.

§. 4tus.

De Pronuntiatione tam vocalium quàm Diphtongorum ante conſonantes L.M.N.

NOta in *ail*, *eil*, *ouil*, *euil*, *ueil*, *oeil*, litera *i* ante *l*, expreſsè non legitur, ſed l. molliter pronuntiari debet ut vg. *travail* labor, *Soleil* Sol, *ronille* rubigo, *deuil* habitus lugubris, l. *traval*, *ſolel*, *rul*, &c, ſed in vocibus *tailleur* ſartor, *Conſeiller* Conſul &c. *i*, poſtponitur literæ *l*, unde *talier* &c. Item poſt *i* ſolum, l, ſivè ſit duplex *v*. unum nonnunquam molleſcit. In ſequentibus verò nempè *col* collum, *mol* mollis, *fol* ſtolidus, *licol* frenum, *ſol* aſſis, *ol* mutatur in *u*. unde l. *ku mu* &c. quæ etiam ſcribuntur ſic *cou mou* &c. ſimiliterque leguntur.

Nota vocales infra poſitas ante *m*, *n*, debere pronuntiari quodammodo per naſum, adeò ut ſonus quaſi naſalis & obſcurus audiatur, hinc eſt quòd *n*, *m*, energicè non exprimetur, niſi forſitan in aliquibus, unde pronuntiatio informationi huic accomodanda eſt.

a ea. Ante literas *m*, *n*, effertur ut *a* vg *camp* caſtra

castra *savant* doctus, *mangeant* manducans, l. *kan savan*, *manžan*.

ai. ei. legitur quasi ę ut *main* manus, *dessein* intentio l. *mę́n desę́n*.

e. Ante easdem consonantes legitur ut *a* vg. *entendre* audire, *emmener* adducere &c. l. *antandr* &c. excipe duplex *nn.* habentia ut *ennemi* hostis, Item *prenne* accipiat &c. ubi *e* effertur, unde l. *enemi*, *pren* &c. sed in *ennui* tædium l. *annui*.

i. legitur ę ut *matin* mane, *vin* vinum, l. quasi *matę́n vę́n* &c. si verò post *n.* sequatur litera *e* prædicta vocalis suum sonum servat vg. *doctrine* doctrina, l. *doktrin*.

o. eo. Quasi *a* polonum vg. *nom* nomen *bon* bonus, *pigeon* columba l. *na*, *ba*, *piža*, Item in prima persona modi Indicativi pluralis numeri temporis præsentis verborum desinentium in *ger* ut *nous partageons* l. *nu partáža*.

u. legitur obscurè quasi *e* *vg.* *aucun* nullus l. *oke* si verò sequatur *e* suum sonum habet ut *aucune* nulla l. *okun*.

ia. ei. Quemadmodum in diphtongis dictum est quomodo hæ vocales legantur,

sic

sic earum ultimæ ante literam *n* quasi per nasum pronuntiantur vg. *viande* caro, *patient* patiens, l. *viand pasian* excipe *mien* meus, *tien* tuus *sien* suus, *soutien* fulcrum &c. Item nomina gentium ut *Italien* Italus vel Italicus &c. ubi *e* ante *n* effertur quasi *æ* unde l. *miæ tiæ* &c.

io. oi. vg. *nous parlions* loquebamur *moindre* minor, l. *nu parlia moændr* &c.

Nota vocales supra positas servare dictam pronuntiationem, si consonantes *m. n.* cum illis constituant syllabas, nam si sint in divisis syllabis sonum naturalem habebunt ut patet in *amitié* amicitia, *animé* animatus l. ut est. *ch.*

ſ. ſtus.

De Conſonantibus.

B. Legitur ut est sed in fine vocum omittitur exceptis peregrinis.

C. In fine ut plurimùm non legitur vg. *Tabac* ponticum *eſtomac* stomachus l. *taba* &c. ante vocales verò *e* & *i* legitur ut *s* vg: *ceci* hoc l. *ſeſi* ut verò ante prædictas literas legatur tanquam *k* *u* ponitur post *c* vg. *recueil* epithome *D.*

l. *rekel* ſed ante *a.o.u.* exprimitur ut *k*, vg. *car* quia *comme* quomodo l. *kar, kom*, ut verò ante immediatè dictas vocales efferatur ut *s*, virgula illi apponitur infra vg. il. *plaça* locavit, *garçon* puer l, *i plaſa garſa* &c. In vocibus vero *second* & *ſecret* l. quaſi *g* unde *ſega* &c. Itē ante *e* & *i* duplex *cc.* legitur ut *ks* vg. *accès* acceſſus *accident* accidens, l. *akse akſidan*

ch. legitur ut *ſž* ante vocales vg. *charité* charitas, *chercher* quærere, l. *ſzarite ſzersże* & quamvis *e* ſine accentu ſæpe non legatur ut dictum tamen *ch* retinet datum ſonum eò quod *e* in vocibus ſcribitur ut vg. *cheval* equus *ſeche* ſicca l. *szval, ſesž.* Excipe verò voces à Græco venientes in quibus *ch* exprimitur ut *k* vg *Chorographie* Chorographia l. *korografi.* Item ſi ſequatur *r* legitur ut *k* vg. *chretien.* Chriſtianus l. *Kretien.*

D. Exceptis nominibus proprijs in fine vocum caret ſono vg. *pied* pes, *bled* ſeges, l. *pie ble*, & ſequente vocali legitur ut *t* vg. *grand homme* magnus Vir l. *grantom* in

in articulo verò apoſtrophato non mutat ſonum vg. *d'or* auri l. *dor.*

f. Sic legitur ut apud Polonos, & effertur in fine vocum vg. *ſoif* ſitis, *vif* vividus *cerf* cervus, l. *soaf* &c. excipe *clef* clavis ubi reticetur, ſequente verò vocali in voce numerali *neuf* effertur quaſi *v* vg. *neuf heures* nona hora l. *nevev* ſed dum ſequitur conſonans eliditur ut *neuf mois* novem menſes. l. *ne moa.*

g. Ante vocales *e i* legitur ut *ż* vg. *berger* paſtor, *gibet* patibulum l. *berże żibe* &c. ut verò ſervet ſuum ſonum interponitur *u* vg. *guerre* bellum *guichet* oſtiolum l. *gier giſze* ſed ante vocales *a o u* non mutat ſonum, ut uerò ante has vocales legatur tan quam *ż* interponitur litera *e* vg. *il engagea* ſtrinxit *gageure* ſponſio l. *i lan gaża gażur* &c. Scias tamen poſt *g* vocales *ue* non debere legi ut patet vg. *langue* lingva, *harangue* oratio l. *lang* &c. & litera *g* expreſſè pronuntianda eſt, per talemq; ſonum fiet diſtinctio à vocibus deſinẽtibus in *que* ubi *q* legitur quaſi *k* prout patebit

h.

j.

l.

in ea-

in eadem litera. In ſimilibus verò ut *aiguë* acuta l. *egiu* &c. Cur verò in hoc exemplo *u* legatur, in prioribus autem non ad orthographiam recurre. Item legitur ut *k* vg. *ſuer ſang & eau* madere ſangvine & aqua l. *ſue ſanke o.* Item litera *g* ante *n* ſuprimitur & *n* pro tunc molleſcit, debetq; pronuntiári ſicut *ń* polonicum cum accentu vg. *ſigne* ſignum, *Pologne* Polonia l. *ſiń Poloń.*

h. Dum mutum eſt non legitur quamvis ſcribatur vg. *l' homme* homo l. *lom* ſed dū aſpiratū eſt exprimi debet non tamen omnino energicè vg. *haras* grex equarum *hormis* præter l. *hara hormi.*

j. tale ante vocales legitur ut ż vg. *deja* jam je ego l. *deża że.*

l. Legitur in fine vocum vg. *Cardinal*, aſt in perſonis pronominalibus *ſc. il.* & *ils. i* ſolum exprimitur, dum verbum a conſonanti incipit vg. *il parle* ille loquitur, *ils ſont* illi ſunt l. *i parl, i ſa.* Si verò verbum à vocali incipit vel ab *h* muto *l*, ei in ſingulari jungitur vg. *il aime* ille amat, l. *ilem.* in plurali verò *l* omittitur

s ſolum jungitur, legiturq; ut *z* vg. *ils aiment* amant l. *t zem* Pariter in interrogatione vg. *que fera-t-il?* quid faciet? l. *ke feratil?* Item ante literam *q* etiam omittitur vg. *quelque choſe* aliquid l. *kek szos* &c.

m. Non legitur ut patet in *condamner* condemnare, l. *kadanne*. Excipe *calomnier* calumniari cum derivativis ubi *m* exprimitur. Item *m* ſi eſt duplex, ut *femme* l. *fam*. Item ante *t* mutatur in *n* vg. *Comte* Comes l. *kant* &c.

N. Dicitur in fine pronominis vel nominis adjectivi ſi ſubſtantivũ immediatè ſequens à vocali vel ab *h* muto incipiat taliq; ſubſtantivo in pronuntiatione jungitur vg. *mon eſprit* meus animus, *un bon ami* bonus amicus l. *ma neſpri*, *ę ba nami* ſed in fine ſubſtãtivorũ præpoſitorũ adjectivis quomodocunq; inchoatis reticetur vg. *predeſtination éternelle* prædeſtinatio æterna, *intention excellente* intẽtio egregia l. *predeſtinaſia eternel*, &c. Excipe *examen*, *amen*, *hymen* ubi *n* ſemper effertur. Item in monoſyllabis ſcilicet *on* & *p.*

en

en, *n* dicitur, dum hæ particulæ præcedunt voces à vocali incipientes vg *on écrit* ſcribitur *en âge* in ætate *il y en a* eſt vel ſunt l. *a nekri* &c. ſed dum *on* poſtponitur verbo & particula *en* etiam verbo ſed in imperativo poſito protunc *n* nunquam dicitur vg. *dit-on diciturne; prenez-en*, ſume ex hoc. In adverbio *bien* bene & nomine *rien* nil, legitur *n* ſequente vocali dum intercedit debita connexio vg. *bien aiſe* contentus, *rien autre choſe* nil aliud l. *bienes, rię notr szos.* Nō legitur verò ſi ſit ſenſus diviſus vg. *je ſais bien, où vous avez été*, ſcio bene ubi fuiſti l. *że ſe bię, u vuzave ete.*

p. Exprimitur ita ut apud Latinos vel Polonos in fine verò vocum omittitur vg. *champ* campus l. *ſzan*, adverbia tamen ſc *trop* nimis & *beaucoup* multum juxta recentiores Authores poſſunt efferri cum vocali ſequentis vocis vg. *il eſt trop attaché au gain*, plurimum adhæret lucro l. *i letro patasże ogeń*, quando verò poſt *p* ſequitur *h* legitur *f* ut *Philoſophe* Philoſophus *phraſe* phraſis l. *Filozof* &c.

Sonat

Q. Sonat ut *k* vg. *coq* gallus gallinaceus l. *kok* & in *qua*, *que*, *qui*, *quo*, *quu*, l. *kake* &c. *vg qualite* qualitas *quel* qualis l. *kalite*, *kel*, &c. Excipe *équation* æquatio &c. ubi *u* exprimitur, unde l. *eku-asia* Item poſt *q* vocales *ue* ſi ſint in fine vocis non dicuntur vg. *chaque* quivis vel quævis l. *ſžak*. Item in voce numerali ſcilicet *cinq* ante conſonantem non exprimitur vg. *cinq ducats* quinque aurei l. *ſen diuka* &c. S.

R. Pronuntiatur ut eſt, ſed in infinitivo verborum primæ & ſecundæ conjugationis non legitur vg. *parler* loqui, *garnir* inſtruere l. *parle garni* in verbis tamen ſecundæ conjugationis *r* finale nonnunquam dicitur, ſed tantùm ſequente vocali. Itē reticetur in ſcriptis per *ie* ut *premier* primus *créancier* creditor &c. l. *premie* &c. Sed in *hier* heri *hyver* hyems *fier* ſuperbus effertur *r* & in deſinentibus in *ar air or, eur, our oir, ur,* ſimiliter vg. *par* per *éclair*, fulgur, *tréſor* theſaurus, *largeur* latitudo *prévoir* ptævidere, *ſûr* certus l. *par ekler* &c. Excipe *Monſieur* Dominus & in plurali *Meſsieurs* Domini ubi *r* ſubticetur. T.

Si

S. Si ſit unum inter duas vocales legitur ut *z* vg *raiſon* ratio l. *reza*. Item in fine adjectivorum præpoſitorum ſubſtantivis à vocali incipientibus etiam ut *z* vg. *de bons avis* bona conſilia, *de belles actions* pulchræ actiones l. *de bazavi* &c. Item in articulis ut *les hommes* homines l. *lezom* in pronominibus vg. *mes amis* mei amici, *nous avons* nos habemus l. *mezami* &c. Si verò *s* ſit duplex ſervat ſuum ſonum, & dum apoſtrophatur ante verba à vocali incipientia ſimiliter vg. *s' aſseoir* ſedere l. *ſaſoar* Adverte verò juxta uſum modernum *s* in medio vocum non ſcribitur ſi legi non debet, ſed dum ſcribitur, etiam effertur vg. *faſte* faſtus *eſpace* ſpatium l. *faſt eſpas*. Excipe tertiam perſonam præſentis modi indicativi verbi *être* nempe *eſt* ubi *s* ſcribitur non tamen legitur.

T. In fine vocum omittitur ut *foret* ſylva &c. excipe ſimilia ut *exact* exactus. Item ante literam *i* mutatur in *s* vg. *ambition* l. *ambiſia* ſed dum *x* vel *s* præcedit, *t* ſervat ſuum ſonum

ut

ut *mixtion* mixtio, *baſtion* propugnaculum l. *miſtya* &c. Item in *tie tié* & *tier* ut *partie* pars *pitié* compaſſio *metier* opificium l. *partí pitie.* Item in verbis idem ſonus ſervandus ut *nous étions* l. *nu zetia* &c. In *prophétie* prophetia & aliis uſu diſcendis *t* mutatur in *s* unde l. *profeſi.* In conjunctione verò *et*, *t* nunquam legitur.

v. Servat ſuum ſonum vg. *vivre* vivere l. *vivr.*

x. In fine vocum omittitur vg. *voix vox* l. *voa* ſed ſequente vocali legitur ut *z* vg. *aux ames* animabus l. *ozam* Item in *deuxieme* alter, *dixieme* decimus ſimiliter ut *z* in aliis ut *ks* vg. *fixer* figere, l. *fikse* in aliis ut *gz.* vg. *exiger* exigere *exemple* exemplum l. *egziże egzampl* &c. in aliis ut *s* vg. *excuſer* excuſare l. *eskiuze ſoixante* l. *ſoaſant.*

z. In fine vocum caret ſono ut *partez* diſcedite. *nez* naſus *l. parie* &c. In his tamen & reliquis uſus majorem inſtructionem dabit.

CA-

CAPUT 2dum.

De Orthographia.

§. 1mus.

De accentu.

ACcentus est triplex: Acutus, Gravis, & circumflexus. Unde Accentus acutus ponitur supra é sive in principio sive in medio sive in fine vocum ut patet *vg. égliſe* Ecclesia, *privément* privatim, item in nominibus descendentibus à Latino in *tas* & *tia* ut *vanité* vanitas, *amitié* amicitia &c. item in participiis verborum primæ conjugationis ut *indiſpoſé* indispositus, *chargé* oneratus, &c. ponitur quoq; supra idem *é* dum distinctam syllabam facit *vg. Géometrie* Geometria &c.

Accentu gravi notantur primò nonnullæ præpositiones in quibus post è scribitur *s*, ut *auprès* penes, *après* post, *près* prope, *2do* Nomina venientia à Latinis quartæ declinationis in *eſſus* similiter *vg. procès* processus &c. *3tiò* Articulus *à* designans casum dativum vel præpositionem ut fiat distinctio à tertia persona modi indicativi præsentis verbi *avoir* nempe *il a* ille

habet. *ato* Adverbia *là* ibi vel illuc & *où* ubi vel quò ut sit distinctio ab articulo *la* & conjunctione *où* vel, quæ accentu carent.

Accentus circumflexus ponitur propter rejectas literas ut *Maître* Magister *âge* ætas, *être* esse &c. Nam scribebatur olim *Maistre aage estre* Juxta alios propter tollendam quamcunq; æquivocationem, unde participium verbi *devoir* debere *sc:* *dû* notatur prædicto accentu ut distingvatur ab articulo *du*. Item participium verbi *croître* crescere sc: *crû* ut distingvatur à participio *cru* quod provenit à verbo *croire* credere. Item *sûr* certus ut differat à præpositione *sur* super &c. Item vocales *â*, *î*, *û*, & *ê* habent hunc accentum in prima & secunda persona pluralis numeri præteritorum simplicium desinentium in *âmes îmes ûmes înmes âtes*, *îtes*, *ûtes*, *întes*. Item in tertia persona singularis imperfectorum subjunctivi modi terminatorum in *ât*, *ît*, *ût*, *înt*, eædem vocales similiter notantur, ut patet in capite de verbis. Adextremum hic accentus reddit vocales sive syllabas longas.

§.

§. 2dus.

De *Apostropho*.

APostrophus designat elisionem vocalis propter aliam sequentem sive *h* mutum & scribitur sic (') unde *primò* articuli *le*, *la*, *de* apostrophantur *vg*. *l'estime* æstimatio *l'homme* homo *d'or* auri, sed si *le* & *la* velut particulæ relativæ postponantur verbo in modo imperativo posito licèt alia sequatur vocalis apostrophum non habent *ut faites le* vel *la entrer* introducito illum vel illam, apostrophantur tamen ante particulas *en* & *y* ut *détournez l'en* retrahe eum vel eam ab hoc &c. *2dò* hæc pronomina *je me te se* ante verba etiam à vocali incipientia ut *j'aime* ego amo, *je t'avertis* admoneo te. *3tiò ce* ante tertiam personam verbi *être* ut *c'est vrai* verum est *4tò que* sive sit pronomen, sive conjūctio ut *qu'avez vous fait* quid fecisti? *je n'ai qu'un ducat* nisi unum aureum habeo. *5tò*. negatio *ne* ut *vous n'apprenez pas*, non studes. *6tò* conjunctio *si* ante pronomina personalia sc. *il* & *ils* ut *s'il veut* si vult. *7mò* præpositio *jusque* ut *jusqu'à Cracovie*. Sed dum scribitur *jusques* apostrophum non habet ut *jusques à Paris* *8vò* *quelque* ante *un*

& *une* ut *quelqu'un* aliquis, *quelqu'une* aliqua.

Nota nomen adjectivum fœminini generis nempe *grande* aliquando amittit *e* in fine & apostrophatur ante substantiva nonnulla quamvis à consonanti incipiant ut *grand' messe* Missa magna, *grand' chose* magna res, *grand' mere* avia.

§. 3tius.

De Divisione.

DIvisio est nota quæ jungit duo vocabula ut pronuntientur simul scribiturq́; sic - unde *1mò.* in interrogatione pronomina personalia verbo postposita notantur hac lineola *vg. aimez-vous les sciences* amas ne scientias æc. *2dò* dum pronomen personale sc. *il* & *elle* item *on* post ponitur verbo tertiæ personæ singularis numeri terminato in vocalem, pro tunc scribitur *t* inter verbum & pronomen cũ duabus notis *vg. profita-t-il* profecit *ne?* *cesse-t-on* cessatur ne? *3tiò* dum referuntur verba alicujus similiter *vg. répondit-il* respondit. *4tò* dum pronomina conjunctiva sequuntur verbum in modo imperativo positum ut *donnez-moi* da mihi, Item dum ponuntur particulæ *y* & *en vg. allez-y*

abi

abi illuc *mangez-en* comede ex hoc, item *fiez-vous-y* fide huic. *3tò* dum pronomen demonstrativum nempe *ce* ponitur post tertiam personam verbi *être vg. eſt-ce à moi de commencer* pertinet ne ad me incipere. *6tò* dum istæ particulæ *ci, là, çà,* junguntur quibuscunq; dictionibus, ut *celui-ci* hicce *demeurez-là* mane ibi, *venez-çà* veni huc *7mò* dū duæ vel plures voces junguntur sibi unicam constituendo dictionem, ut *tout-à-fait* totaliter, *avant-coureur* anteambulo, *contre-sens* contrarius sensus &c.

§. 4tus.

De Diæresi.

DIœresis est signum ostendens duas esse vocales distinctas divisimq; debere legi, exprimitur verò per duo puncta *vg. païen* paganus, *faïance* vas faventinum, *caïet* sexternio, *aïeul* avus, ubi *ï* notatum duobus punctis facit in pronuntiatione distinctam syllabam ab *a*. Item eadem puncta ponuntur super idem *ï* ut valeat duplex *vg. païs* ora *païsan* ruricola &c. ubi *ai* ut dictum in pronuntiatione legitur sicut *e* tamen punctum secundum positum super *i* denotat debere legi alterum unde lege *pei* &c. Sed in prædictis vocibus &

similibus potest scribi *y* Græcum locò prioris, quod tantum valet quantum illud notatum. Item pronuntur supra *e* in fine vocum exeuntium in *ue* sed tunc dum litera *u* pronuntiari debet ut *ambiguë* ambigua *contiguë* contigua &c. In similibus vero ut *fatigue* fatigatio *langue* lingva, *brique* later cum litera *u* non effertur, *e* hæc puncta non habet. Item notatur *u* iisdem punctis *vg.* in *Saül* ut divisim legatur.

ſ. ſtus.

De Virgula gallicè vocata cédille.

VIrgula hæc scribitur sic (¸) ponitur q; sub litera *ç.* ut legatur ante vocales *a, o, u,* tanquam *s.* ita sicut legitur ante *e, i,* ut constat ex doctrina de pronuntiatione unde *vg. il commença* incepit, *leçon* lectio. l. *i komanſa leſa* &c. Cæteræ verò notæ Orthographicæ utpote Parenthesis, periodus &c. cùm sint communes tam lingvæ latinæ quàm gallicæ hìc non recensentur.

****
******
***
*

INFORMATIO
Secunda.
De Partibus Orationis.

In lingva Gallica ſunt 9, Orationis partes ſcil. Nomen, Articulus Pronomen Verbum, Participium, Adverbium, Conjunctio, Præpoſitio, Interjectio.

CAPUT 1mum.
De nomine.

CAput hoc abſolvetur §. 7ptem in *1mo* regulæ ſeptem de generibus nominum proponentur, in *2do* de formatione ſubſtantivorum fæmininorum, in *3tio* de formatione Adjectivorũ. in *4to* de formatione numeri pluralis. in *5to* de deficientibus numero. in *6to* de caſibus nominum. in *7mo*. de gradibus Comparationis agetur.

§. 1mus.
De genere Nominum.

Genera nominum ſunt maſculinum, fæmininum & Commune. Genus verò Nominum tum ex ſignificatione, tum ex terminatione cognoſcendum eſt.

REGULA 1ma.

EX ſignificatione Nomina generis maſculini cognoſcuntur. *1mo*.

Imò. Virum ut *Adam, Roi* Rex, *Palatin* Palatinus &c.

2dò. Angelum aut Deum gentilem ut *Michel* Michaël, *Mars* &c.

Masculini generis est nomen significans.

3tiò. Ex animalibus quadrupedibus marem ut *cheval* equus, *belier* aries &c.

4tò. Tempus partium Anni ut *Printems* ver &c. Mensiũ ut *janvier* Januarius &c. dierum ut *Dimanche* dies sc. lis &c. Excipe nomina dierum Festorũ in quibus subauditur substantivũ *f. g. Fête* & exinde additur Articulus fæminini generis *la* ut *la saint Iean* Festum S. Joannis &c.

5tò. Metallum ut *or* aurum, *fer* ferrum &c. Et monetam ut *Ducat* Aureus nummus, *écu* Imperalis. Excipe *livre* florenus, *Pistole* Aureus Hispanicus quæ fæminina sunt.

6tò. Arborem ut *Pommier* pomus, *Cerisier* cerasus, excipe *Ronce* dumus, *épine* spina, *Palme* palma quæ fæminina sunt.

7mò. Fluvium ut *Danube* Danubius, *Tibre* Tiberis, *Rhin* Rhænus, Excipe *Meuse* Mosa, *Saone* Arar, *Vistule* Vistula quæ sunt generis fæminini.

8vò. Adjectiva ſubſtantivè ſumpta, ut *l'utile* utile *l'honnête* honeſtum &c.

9. Verba ſubſtantivè accepta ut *le manger* comeſtio, *le boire* potus &c.

10mò. Præpoſitiones ſubſtantivè ſumptas ut *le dedans* interior pars, *le dehors* exterior pars. *11mò.* Adverbia ſubſtantivè ſumpta ut *le peu* modicum.

12mò. Subſtantiva plerumq; compoſita ut *chef d'oeuvre* artis ſpecimen, *porte-feuille* gerifolium &c.

REGULA 2da.

Ex terminatione vocalium nomina generis maſculini cognoſcuntur.

1mò. Maſculina ſunt in *e* mutum ſeu non accentatum deſinentia ut *Dioceſe* Diæceſis, *Synode* Synodus, *Arbre* Arbor, *Diametre* Diametros, *Maſſacre* cruciatus, *camphre* camphora &c. Item in *é* accentatum finita ut *clergé* Clerus, *congé* licentia, *pré* pratum *degré* gradus.

2dò. Maſculina ſunt quæ deſcendunt à latinis maſculini vel neutrius generis ut *planiſphere* planiſphærium, *marbre* marmor, *globe* globus, *cercle* circulus, Excipe *comete* Cometa, *Planete* Planeta, *Bible* Biblia, *lumiere* lumen quæ ſunt fæminina.

3tio

3tiò Maſculina ſunt in *eau* deſinentia ut *marteau* malleus, *manteau* pallium, *couteau* culter &c. Excipe *peau* cutis, *eau* aqua quæ ſunt fœminina.

4tò. Maſculina ſunt in *ai*, *eu*, *ou*, terminata ut *geai* graculus *feu* ignis, *trou* foramen.

5tò. Maſculina ſunt in *oi* deſinentia ut *convoi* pompa funebris. Excipe *foi* fides, *loi* lex, *parot* paries quæ ſunt fœminina.

6tò. Maſculina ſunt in *ui age* finita ut *ennui* tædium, *étui* theca, *fromage* caſeus, *paturage* paſcua, *ravage* devaſtatio &c. Excipe *cage* cavea *image* imago, *rage* furor, *page* pagina, quæ fœminina ſunt

7mò. Maſculina ſunt in *acle*, *ame* exeuntia ut *ſpectacle* ſpectaculum, *blâme* vituperium.

8vò. Maſculina ſunt in *eme* finita ut *ſtratagème* ſtratagema, *careme* quadrageſima, *Batéme* Baptiſmus. Excipe *creme* cremor quod fœmininum eſt.

9nò. Maſculina ſunt in *aume ome* deſinentia ut *chaume* ſtipula, *tome* tomus, Excipe *paume* pila, vel palma manûs.

10mò. Maſculina ſunt in *ege* & *uge* terminata ut *piége* inſidiæ, *College* Collegium *ſiege* ſedes *déluge* diluvium *Juge* Judex.

RE-

REGULA 3tia.

Ex terminatione Consonantium Nomina generis masculini cognoscuntur.

1mò. Masculini generis sunt in *B. C. D. F.* finita ut *plomb* plumbum *basilic* basiliscus *bec* rostrum *poignard* pugio, *pied* pes, *suif* sevum *oeuf* ovum. Excipe *clef* clavis *soif* sitis quæ fæminina sunt.

2dò. Masculina sunt in *G. L. M. N.* ut *étang* stagnum, *rang* gradus, *rival* rivalis, *renom* fama, *grain* granum *pain* panis, *coin* angulus. Excipe *faim* fames, *fin* finis, *main* manus, quæ sunt fæminina.

3tiò. Masculina sunt in *P. Q. R.* ut *camp* castra *Coq* gallus gallinaceus *danger* periculũ, *miroir* speculũ Excipe *mer* mare, *chair* caro, *cuillier* cochlear, quæ sunt fæminina.

4tò. Masculina sunt in *S. T. X. Z.* finita ut *haras* eqvarũ armentũ, *amas* cumulus, *combat* certamen, *arrangement* ordinatio, *consentement* consensus, *choix* delectus *nez* nasus *dez* digitale. Excipe *brebis* ovis. *mort* mors, *part* pars, *nuit* nox, *voix* vox, *croix* crux, *chaux* calx, *toux* tussis, *poix* pix, *faux* falx, quæ fæmin: sunt.

REGULA 4ta.

Ex significatione Nomina generis fæminini cognoscuntur. 1mo.

Imò. Mulierem ut *Anne* Anna *Mere* Mater, *Reine* Regina &c.

Fœminini generis est nomen significans

2dò. DeamGentilem ut *Junon* Juno.

3tiò. Ex animalibus quadrupedibus fœmellã ut *jument* equa, *vache* vacca.

4tò. Regnum Regionẽ & Provinciã ut *la Pologne* Polonia *la France*Gallia. Excipe *le Danemarc*Dania, *le Dauphiné* Delphinatus, *le Portugal* Portugalia.

5tò. Urbem ut *Rome* Roma. Excipe *Paris* Parisii, *Lion* Lugdunum, quæ masculina sunt.

6tò. Fructum ut *poire* pyrum, *pomme* pomum &c. Sed excipe *genevre* granum juniperi *poivre* piper *abricot* malũ armeniacum, *citron* citrium, *limon* limonium, *gland* glans.

7mò. Virtutem ut *la charité* charitas, *juſtice* juſtitia &c.

8vò. Quantitatẽ ut *la longueur* longitudo, *la grandeur* magnitudo &c.

9nò. Qualitatem ut *la chaleur* calor, *la blancheur* albedo.

REGULA 5ta.

Ex terminatione vocalium Nomina generis fœminini cognoſcuntur.

1, Fœmi-

1mò. Fæminini generis ſunt in *ade* ut *promenade* deambulatio, *ambaſſade* legatio Excipe *grade* gradus, *ſtade* ſtadium quæ maſculi: ſunt.

2dò. Fæminina ſunt in geminum *ee* deſinentia ut *idée* idea, *penſée* cogitatio, *année* annus *riſée* irriſio, &c. Excipe *trophée* trophæum, *caducée* caduceus, quæ ſunt maſculina.

3tiò Fæminina ſunt in *ude* & *ce* quæ proveniunt à Latinis terminatis in *udo* & *tia* ut *promptitude* promptitudo, *exactitude* exactitudo, *excellence* excellentia.

4tò Fæminina ſunt in *té* quæ à Latinis in *tas* procedunt ut *ſolidité* ſoliditas, *dignité* dignitas &c.

5tò. Fæminina ſunt in *ie*, *ime*, *eſſe*, *ete*, *eine* ut *vie* vita, *eſtime* æſtimatio, *delicateſſe* elegantia, *promeſſe* promiſſio, *conquête* conquiſitio, *veine* vena. Excipe *regime* regimen, *crime* crimen quæ maſcul: ſunt.

6tò. Deſinentia in *ue*, *ume*, *ame*, *ure*, *oye*, fæminina ſunt, ut *rue* platea, *amertume* amaritudo, *lame* lamina, *nature* natura, *monoye* moneta. Excipe *legume* legumen, *rhume* rheuma, *parjure* perjurium & *foye* jecur quæ maſcu: ſunt.

Ex

REGULA 6ta.

Ex terminatione consonantium Nomina generis fœminini cognoscuntur.

1mò. Finita in *eur* fœminina sunt ut *faveur* favor, *rigueur* rigor. Excipe *tuteur* tutor *honneur* honor, *coeur* cor, *malheur* infelicitas, *bonheur* prosperitas quæ masculi sunt.

2dò. Finita in *gion*, *nion*, *sion*, *tion*, *xion* à Latinis generis fœmini: in *io* desendentia idem genus habent ut *contagion* contagio, *religion* religio, *opinion* opinio, *conversion* conversio, *fluxion* fluxio &c.

3tiò. Terminata in *ison* fœminina sunt ut *prison* carcer, *guerison* sanatio, *raison* ratio &c.

Excipe *tison* titio, *horison* horison, *poison* toxicum, *oison* anserculus, item *poisson* piscis.

REGULA 7ma.

De Communibus.

COmmunia sunt quæ licèt unanimiter scribantur, ad diversum tamen pertinent genus nempe ad masculinum vel fœmininum, idq;. 1mo. adjectiva desinentia in *e* mutum seu non accentatum *vg.* *honnête* honestus, vel honesta. *formidable* hic vel hæc formidabilis *juste* justus *v.* justa,

riche

riche opulentus vel opulenta &c. 2*do*. numeralia à duobus incipiendo ut *deux* duo *v.* duæ, *trois* hi vel hæ tres &c. 3*tio*. pronomina *nôtre* noſter vel noſtra, *vôtre* veſe vel veſtra &c. His ſuperadduntur æquivoca ſubſtantiva quæ diverſum ex ſua ſignificatione poſcunt genus ut *voile m.* velamen, & *voile* f. velum navis, *poſte* m. ſtatio militum & *poſte* f. poſta &c. Item quædam nomina quæ modò ſubſtantivè modò adjectivè uſurpantur ut *ſacrilege, politique,* ſubſtantivè accipiuntur prout patet in exemplis *vg. la communion indigne eſt un ſacrilege*, communio indigna eſt ſacrilegium, *la politique eſt rarement d' accord avec la ſincerité*, polities raro concordat cum ſinceritate. Adjectivè verò accipiuntur, dum ponuntur cũſubſtantivis *vg. une main ſacrilege* manus ſacrilega &c.

§. 2dus.

De formatione ſubſtantivorum fœmininorum.

Subſtantiva fœminini generis à ſuis maſculinis procedunt.

1*mò*. Addendo literam *e* ut *Palatin* Palatinus, *Palatine* Palatina, *marchand* mercator *marchande* mercatrix.

2*dò*. Exeuntia in *ien* & *on* accipiunt

ne

ne ut *chien* canis, *fripon* nequam, sic *chienne friponne*. Sed *compagnon* socius facit *compagne* socia.

3tio. à terminatis in *eau* provenit fœminium in *elle* ut *jumeau* gemellus, *jumelle* gemella.

4to. Finita in *eur* formant fœmininum in *euse* ut *parleur* locutor, *parleuse* locutrix Excipe *pecheur* peccator, *demandeur* actor quorum fœmininum exit in *ereſſe* unde *pechereſſe* &c. Item in *teur* ut *Electeur* Electeur *Protecteur* Protector, & similia formant fœmin: in *trice* unde *Electrice* Electrix &c. Alia non habent fœmininum, ut *Vainqueur* victor, *Autheur* Author &c.

5to. *Gouverneur* Director, *ſerviteur* famulus faciunt *Gouvernante*, *ſervante*.

6to *Prince* Princeps, *Comte* Comes formant fœmininũ in *ſe* unde *Princeſſe*, *Comteſſe*

7mo. Maſcul: finita in *f.* faciunt fœmin: in *ve* ut *juif* judæus, *veuf* viduus, unde *juive* judæa &c.

8vo. *époux* Maritus facit in fœmin. *épouse* conjux.

9no. Irregulariter formant fœmininum ſequentia ut *Roi* Rex *Reine* Regina, *Ne-*

veu

veu Nepos, *Niece* Neptis, *cerf* cervus, *biche* cerva, *loup* lupus, *louve* &c.

§. 3tius.

De formatione Adjectivorum fœmininorum.

1mo. Omnia Nomina Adjectiva terminata in *e* mutum in masculino, non mutant terminationem in fœminino ut *fidele* hic & hæc fidelis, *pardonnable* hic & hæc remissibilis &c.

2do. Fœminina à masculinis exeuntibus in *é* accentatum item in *i* & *u* fiunt addito *e* sinè accentu ut ab *aisé* facilis fit *aisée*, ab *aimé* amatus fit *amée* amata, *à fourni* submunistratus fit: *fournie* submunistrata, ab *aigu* acutus fit *aiguë* acuta &c.

3tio. Adjectiva masculini generis desinentia in *c* accipiunt *he* in fœminino ut *franc* sincerus, *franche* sincera, *blanc* albus, *blanche* alba. Sed *public* publicus, *caduc* caducus, *Grec* Græcus, faciunt *publique*, *caducque*, *Grecque*.

4to. Adjectiva masculini generis finita in *d. t. r.* faciunt fœmininum addito *e* sinè accentu ut *grand* magnus, *grande* magna, *charmant* amœnus, *charmante* amœna, *cher* carus, *chere* cara. Sed *crud* crudus, *nud* nudus, *verd* viridis, facit *crue nue verte*.

5to. Adjectiva in *f* finita dant fæmininũ mutato *f* in *v.* & addito *e* absq; accentu, ut *craintif.* timidus, *craintive* timida &c.

6to. Adjectiva masculini generis exeuntia in *el, eil, ul, ien on, as, es, os,* & *ot* præter additionem vocalis *e* geminant consonantem finalem ut *cruel* crudelis, *pareil* par, *nul* nullus, *ancien* antiqvus, *bon* bonus *gras* pingvis, *exprès* expressus, *gros* crassus, *net* mundus, *sot* fatuus in fæmini: sic: *cruelle, pareille, nulle ancienne, bonne, grasse* &c. Sed *niais* ineptus, *gris* cinerei coloris, *devot* devotus faciunt fæmininum addita litera *e* solùm sc. *niaise* &c. *Frais* recens, *épais* densus dant *fraiche epaisse.*

7mo. Masculinum *long* longus, facit fæmin. addito *ue* sc, *longue* longa. Item finita in *n* faciunt fæmininum addito *e* ut *certain* certus, *plein* plenus, sic *certaine* certa &c. Sed *malin* malignus, *benin* benignus, formant *maligne, benigne.*

8vo. Adjectiva masculini generis *mou* mollis, *fou* ignavus, item *beau* venustus, *nouveau* novus, & *vieux* senex habent secundum masculinum *mol, fol, bel, nouvel, viel* & ab his proveniunt fæminina addita syllaba *le* unde *molle folle* &c.

9no.

9no Adjectiva terminata in *eux* & *oux* mutant in fæminino *x* in *se* ut *dangereux* periculosus, *jaloux* invidus sic: *dangereuse* periculosa, *jalouse* invida. Excipe *doux* dulcis, *roux* rufus, *faux* falsus quæ faciunt *douce rousse fausse*.

§. 4tus.

De formatione numeri Pluralis.

Omnia Nomina quæ non terminantur in numero singulari per literam *s* eandem in plurali accipiunt, ut *la maison* hospitium, *les maisons* hospitia, *le livre utile* liber utilis, *les livres utiles* libri utiles &c. Excipe verò.

1mo. Nomina numeri singularis finita in *au, eau, eu, oeu, ieu* & *ou* quæ assumunt in plurali literam *x* ut *le chapeau* galerus, *les chapeaux* galeri, *le feu* ignis, *les feux* ignes *le voeu* votum, *les voeux* vota, *le lieu* locus *les lieux* loci, *le caillou* silex, *les cailloux* silices &c. Sed *bleu* cæruleus, *trou* foramen *matou* prægrandis felis, accipiunt in plurali *s* unde *bleus* cærulei &c.

Omnia nomina in *oi* desinentia juxta regulam generalem *s* in plurali accipiunt ut *le Roi* Rex, *les Rois* Reges. Excipe *loi* lex cui additur *x* unde *loix* leges.

Oeil oculus *Ciel* Cælum & *aïeul* avus formant pluralem sic: *Cieux* cœli, *yeux* oculi *aieux*, avi

2*do*. Nomina terminata in singulari per *al* & *ail* formant pluralem in *aux* ut *le Cardinal* Cardinalis, *les Cardinaux* Cardinales, *le travail* labor, *les travaux* labores &c Excipe *bal* chorea, *régal* munus, *cal* callum, *detail* rei Capita, *attirail* apparatus, & nonnulla alia. Item adjectiva ut *austral* australis, *frugal* frugalis, *naval* navalis, *venal* venalis, *conjugal* conjugalis, *final* finalis, *Boréal* Borealis, quæ plurali carent. Illa autem quæ pluralem admittunt accipiunt *s* sic: *bals*, *régals*.

3*tio*. Nomina singularis numeri desinentia in *s*. *x*. *z*. servant easdem Literas in plurali *vg*. *le fils* filius, *le nez* nasus, *la noix* nux, sic: *les fils*, *les nez* &c.

Adverte verò quòd varii Authores diversimodè Nominum in numero singulari terminatorum per *ent* vel *ant* pluralē formant. Alii enim mutant *t* in *s* ut *bâtiment* ædificium; *charmant* blandus, *prudent* prudens, sic: *bâtimens*, *charmans* &c. Alii nil mutant, sed tantùm addunt *s* ut *batiments*, *charmants* & hic posterior modus formandi pluralem magis convenit regulæ generali, nam multis

tis vocibus desinentibus in *t* additur solùm *s* ût *combat* certamen, *contraint* coactus, *couvert* coopertus, &c. sic: *combats* certamina, *contraints* coacti, *couverts* cooperti. Excipitur *tout* totus vel omnis, quod facit in plurali *tous*.

Adverte 2do Nomina in singulari numero finita in *e* formant pluralem vel per additionem literæ *z* ut *amitié* amicitia, *bonté* bonitas, sic: *amitiez bontez*. vel per additionem literæ *s* loco *z*. ponendo accentũ acutum supra *é* sic: *amitiés bontés &c*. hinc licèt uterq; modus formandi pluralem sit bonus & receptus, nihilominùs posterior magis regulæ generali convenit, jam verò prior deservit verbis in *2da* persona pluralis numeri positis, ût *vous aimerez* vos amabitis &c.

§. 5tus.

De Deficientibus numero.

Carent numero plurali.

1mò Nomina propria ût *Pierre* Petrus, *Jean* Joannes &c.

2do Nomina metallorum ut *or* aurum, *argent* argentum, *fer* ferrum &c.

3tio Nomina virtutum ût *foi* fides, *prudence* prudentia. &c.

4to Nomina vitiorum ut *courroux* ira, *gourmandiſe* gula. &c.

5to Ætatum ut *jeuneſſe* juventus. &c.

6to Quædam Nomina herbarum ut *abſinthe* abſynthium.

7mo Nomina ſequentia ut *faim* fames, *ſoif* ſitis, *ſommeil* ſomnus, *répos* quies, item *ſang* ſanguis, *gloire* gloria. &c.

8vo Carent pariter ſingulari *vêpres* veſperæ, *tenebres* tenebræ, *ancêtres* majores, *nones* nona, *gens* homines, *pleurs* lacrymæ, *delices* deliciæ. &c.

9no Item omnia numeralia cardinalis numeri ut *deux* duo &c. usq; ad centum & ultra carent ſingulari, nec *s* in fine accipiunt. Excipe *vingt* viginti, & *cent* centum, quæ non aſſumunt *s* in hoc numero quem ſignificant, ſed ſolùm dum multiplicantur ut dum dico *quatrevingts-ans* octuaginta anni, quaſi quater viginti anni, *deux cents 200.* ſed mille *1000* nil accipit.

§. 6.

§. 6tus.

De Casibus Nominum.

CAsus sex numerantur in hac lingua, sicut in Latina, sed casus nominum hujus linguæ sola potiùs constructione differunt. *Imò* quia Nomina ex se non declinantur, *2do* quia propter articulos (qui nominibus additi licèt varientur ut in sequenti capite patet) Nominativus est similis accusativo, Genitivus ablativo, excepto Dativo, item Vocativo, cui additur solum *ô*, proinde significatio & constructio potius consulenda est. Nominativus tamen facilè discerni potest ab accusativo, nam nominativus est ordinariè vel potest poni ante verbum accusativus verò insistendo ordini naturali discursus, ponitur post verbum Activum, vel præpositionem, ùt patet in exemplo vg. *la verité engendre la haine* veritas odium parit. Ubi licèt non sit distinctio ex parte articuli nempe *la* ùt constat, tamen *verité* cognoscitur esse Nominativi casus ex eo quòd præponatur verbo, *haine* verò in accusativo ponitur, propter idem verbũ activum à quo regitur &c. Genitivus etiam ab ablativo differt, nam ille à nomine regitur,

hic

hic autem à verbo, & aliquando à nomine significante separationem, divisionem, vel privationem vg. *à mon départ de Cracovie* in medio discessu Cracoviâ. &c.

§. 7mus.

De Gradibus Comparationis.

Sicut in Lingua Latina sic in Gallica sunt tres comparationis gradus, nempè positivus, comparativus & superlativus. *1mò* positivus ponitur simpliciter ùt est vg. *grand* grandis, *avantageux* utilis, *habile* idoneus. *2dò* comparativus formatur 3pliciter *1mò* per æqualitatem quæ fit ex particulis *autant, vel aussi vel si* vg. *il est autant v. aussi v. si habile que vous*, ille est ita idoneus sicut tu, *2dò* per excessum addendo scil: particulã *plus* vg. *vôtre frere est plus sage que vous* tuus frater est sapientior quam tu. *3tio* per defectum addendo particulam *moins* vg. *il est moins prudent que sa soeur* est minùs prudens quàm ejus soror, & hæc exempla ostendunt, quod gradum comparativum debet sequi particula *que*. Superlativus verò fit 2pliciter *1mò* addendo particulas *tres* vel *fort* vg. *Ciceron etoit tres eloquent*. Cicero erat eloquentissimus *2dò* tribuendo particulam *plus* cum articulo *le* vel *la* pro diversitate

sitate generis vg. *le lion est le plus fort de toutes les bêtes.* leo est fortissimus omnium ferarum. Et hoc posteriori modo construitur cum genitivo ut constat.

Excipiuntur verò à regula generali adjectiva sequentia quæ comparantur sic: *1mò bon* bonus, *meilleur* melior, *le meilleur* vel *tres* sive *fort bon* optimus *2dò mauvais* malus, *pire* pejor, *le pire* vel *tres* sive *fort mauvais* pessimus. *3tiò petit* parvus, *moindre* minor, *le moindre* vel *fort petit* vel *le plus petit* minimus.

CAPUT II.

De Articulo.

COgnito genere Nominum, nunc sequitur doctrina de articulo, qui nihil aliud est nisi particula quæ attribuitur Nominibus ob determinandam eorum significationem, juxta quam accipi debent. Estq; 4plex: definitus, indefinitus, unitatis & partitivus unde sit.

§. 1mus.

De Articulo definito.

ARticulus definitus additur nominibus acceptis in sensu determinato & definito estq; pro numero singulari 2plex primus

mus *le* qui tribuitur vocibus generis masculini, alter *la* & ponitur cum nominibus generis fœminini, sed hæc nomina debent inchoari à consonanti vel *h.* aspirabili, nam si à vocali incipiant vel *h.* muto protunc apostrophabitur *l'* ut patet in Orthographia, hicq; articulus erit communis nominibus utriusq; generis, in plurali verò *les* valet pro utroq; genere nominum quomodocunq; inchoatorum. Unde prædictus articulus ponitur *1mò* cum appellatiuis determinatè sumptis ut *le Prince* Princeps &c. *2dò* cum nominibus partium mundi ut *l' Europe* Europa. *3tiò* cum nominibus nonnullorum Planetarum ut *le Soleil* Sol, *la Lune* Luna *4tò* cum propriis Regnorum, Provinciarum, Montium, Fluviorum, &c. ut *la France* Gallia, *le Parnasse* Parnassus, *le Danube* Danubius, *5tò* cum pronominibus absolutis tàm possessivis, ût *le mien* meus, *la mienne* mea, &c. quàm relativis ut *lequel*, *laquelle* ût patet in cap. de pronomine modò sit.

Schema 1mum.

Declinationis cum articulo definito.

SINGULARIS.

N. *le Prince* Princeps	*la table*	mensa
G. *du Prince* Principis	*de la table*	mensæ

D.

D.	*au Prince* Principi	*à la table* mensæ
Ac.	*le Prince* Principem	*la table* mensam
V.	*ô Prince* ô Princeps	*ô table* ô mensa
Ab.	*du Prince* à Principe	*de la table* à mensa

PLURALIS.

N.	*les Princes* Principes	*les tables* mensæ
G.	*des Princes* Principum	*des tables* mẽsarũ
D.	*aux Princes* Principibus	*aux tables* mensis
Ac.	*les Princes* Principes	*les tables* mensas
V.	*ô Princes* ô Principes	*ô tables* ô mensæ
Ab.	*des Princes* à Principib⁹	*des tables* à mẽsis.

Schema 2dum.

Declinationis cum articulo apostrophato.

Masc:	SINGULARIS	Femin:
N.	*l' Ange* Angelus	*l' ame* anima
G.	*de l' Ange* Angeli	*de l' ame* animæ
D.	*à l' Ange* Angelo	*à l' ame* animæ
Ac.	*l' Ange* Angelum	*l' ame* animam
V.	*ô Ange* ô Angele	*ô ame* ô anima
Ab.	*de l' Ange* ab Angelo	*de l' ame* ab anima

PLURALIS

N.	*les Anges* Angeli	*les ames* animæ
G.	*des Anges* Angelorũ	*des ames* animarũ
D.	*aux Anges* Angelis	*aux ames* animab⁹
Ac.	*les Anges* Angelos	*les ames* animas
V.	*ô Anges* ô Angeli	*ô ames* ô animæ
Ab.	*des Anges* ab Angelis	*des ames* ab animabus

Usus prædicti articuli illuminatur exemplis sequentibus. *Imò* in Universali dum iste articulus tribuitur nominibus generaliter sumptis vg. *le Pape Successeur de Saint Piere est le Chef visible de l' église* Papa Successor Sancti Petri est Caput visibile Ecclesiæ. Item *l' homme paroîtra au jugement de Dieu* homo comparebit ad judicium Dei. Verificatur acceptio hujus articuli in universali nam loquor de quolibet Papa quòd sit Caput visibile Ecclesiæ, sic quoq; quòd omnis homo comparebit in judicio Dei. *2dò* in particulari vg. *fermez le coffre* claude cistã, *prenez la clef* accipe clavim &c. & hic sermo procedit de re particulariter determinata.

Adverte quòd Nomina *Monsieur, Monseigneur Madame Mademoiselle,* Nomini apellativo præposita postulant articulum definitum qui tamen indeclinabilis est, ut patet ex declinatione vg. *Monsieur le Comte* Dominus Comes *de Monsieur le Comte, à Monsienr le Comte* &c.

§. 2dus.

De Articulo indefinito.

ARticulus indefinitus additur nominibus utriusq; generis, estq; communis tàm singulari quàm plurali numero, &

pariter

pariter apostrophum accipit ante voces à vocali inchoatas vel *h* muto non tamen aspirato, ponituŕq; *1mò* cum Nomine Dei. *2dò* cum Nominibus propriis Angelorum, Virorum, Mulierum, Urbium, Oppidorum, pagorum, Mensium, ut *Michel* Michàél, *Jean* Joannes, *Anne* Anna, *Cracovie* Cracovia, *Janvier* Januarius &c. *3tiò* cum numeris cardinalibus ut *quatre hommes* quatuor homines &c. *4tò* cum pronominibus personalibus absolutis ut *moi* ego &c. *5tò* cum pronominibus possessivis conjunctivis ut *mon* meus, *ton* tuus &c. *6tò* cum interrogativis ut *qui* quis. *7mò* cum demonstrativis tam absolutis, quàm conjunctivis, ut *celui*, *ce*, hic. &c. *8vò* cum indefinitis tam conjunctivis quàm absolutis ut *quelque* aliquis vel aliqua, *chacun* quilibet &c. *9nò* post nomina sequentia ut dum dicitur *Maison de Prince* Domus Principis, *douleur de tête* dolor capitis, *espece de maladie* species morbi &c. *10mò* post adverbia ut *plus de caquet*, *moins de raison* plus loquacitatis, minus rationis. Hic verò articulus est *de* & *à* prior nempe *de* genitivo & ablativo servit, posterior scil: *à* dativo. Nominativus autem & accusativus caret articulo.

Sche-

Schema.

Declinationis cum articulo indefinito.

N.	*Dieu*	*Anne*	*Rome*
G.	*de Dieu*	*d' Anne*	*de Rome*
D.	*à Dieu*	*à Anne*	*à Rome*
Ac.	*Dieu*	*Anne*	*Rome*
V.	*ô Dieu*	*ô Anne*	*ô Rome*
Ab.	*de Dieu*	*d' Anne*	*de Rome*

Usus prædicti articuli illuminatur exemplis nonnullis vg. *je suis parti de Rome* profectus sum Româ, *vous devez tout attendre de Dieu* debetis omnia expectare à DEO. Adverte tamen quod hoc Nomen DEUS potest etiam inflecti cum articulo definito si explicitè ponis aliquod attributum Ejus vg. *vous devez tout attendre du Dieu des misericordes* debetis omnia expectare à DEO misericordiarum. Item articulus definitus potest attribui numero cardinali si determinetur ad quantitatem fixam ut *les douze Apôtres* 12 Apostoli, *les quatre saisons* 4. partes anni &c.

§. 3tius.

De Articulo unitatis.

Articulus unitatis scilicet *un* pro masculino genere & *une* pro fœminino additur nominibus indeterminatè ac vagè sum-

ptis, videturq; correſpondere in hoc ſenſu Pronominibus Latinis *quidam*, *quædam*. Quomodo verò in cæteris caſibus hic articulus uſurpetur, videatur infrapoſita declinatio.

Schema

Declinationis cum articulo unitatis

SINGULARIS

N.	*un homme*	*une femme*
G.	*d' un homme*	*d' une femme*
D.	*à un homme*	*à une femme*
Ac.	*un homme*	*une femme*
Ab:	*d' un homme*	*d' une femme*

PLURALIS

N.	*des hommes*	*des femmes*
G.	*d' hommes*	*de femmes*
D.	*à des hommes*	*à des femmes*
Ac.	*des hommes*	*des femmes*
Ab.	*d' hommes*	*de femmes*

Uſus prædicti articuli patet ex exemplis vg. *un homme m' a inſulté* quidam homo mihi inſultavit, *je connois un gentil homme* vel *une Dame* Noſco quendam Nobilem vel quandam Dominam. Item ſæpè ponitur poſt verbum impersonale *c' eſt* vg. *c' eſt un conſeiller* eſt Conſiliarius. Facile verò diſtinguitur hic articulus ab *un* unus, & *une*

una

una, nam articulus rem indeterminatam, secundùm suam circumstantiam exprimit pluralemq; admittit ut declinatio monstrat, jam verò per *un* & *une* unitas numerica ostenditur cum exclusione pluralis numeri.

§. 4tus.

De Articulo partitivo.

ARticulus partitivus qui aliter quantitatis dicitur ponitur cum parte alicujus totius divisibilis, unde partem talis totius designat, non ipsum totum. Hic verò articulus in singulari usurpatus, & qui nil aliud est nisi articuli definiti genitivus in hac tamen acceptione nominativum & accusativum designans 1plex est *du* & *de la*. 1*mus* scil. *du* attribuitur vocibus generis masculini, 2*dus* autem scil: *de la* nominibus generis fœminini, sed nomina debent à consonanti vel *h* aspirabili inchoari, nam si à vocali vel *h* muto incipiant, tunc in articulo *de la*, litera *a* elidetur & *l'* apostrophabitur, eritq; hic articulus communis nominibus utriusq; generis. Si verò vis ejusmodi nominibus aliquod adjectivum præponere, protunc utendum erit articulo indefinito ut *de bon pain, d' excellent vin, de bonne viande &c.*

Schema

Schema 1mum.

Declinationis cum articulo partitivo.

SINGULARIS

N.	*du pain*	*de la viande*
G.	*de pain*	*de viande*
D.	*à du pain*	*à de la viande*
Ac.	*du pain*	*de la viande*
Ab.	*de pain*	*de viande*

Schema 2dum

Declinationis cum articulo part: apostr.

SINGULARIS

N.	*de l' or*	*de l' encre*
G.	*d' or*	*d' encre*
D.	*à de l' or*	*à de l' encre*
Ac.	*de l' or*	*de l' encre*
Ab.	*d' or*	*d' encre*

Pluralis hujus articuli in vocibus numerum eundem admittentibus formatur similiter, ut in articulo unitatis.

Usus prædicti articuli illustratur exemplis v.g. si diceres *aportez du pain, de la viande* adfer panem, carnem, uteris articulo partitivo nam vis ut aliqua pars panis vel carnis tibi adferatur, si verò exigis totum panem vel quidpiam simile adhibebis articulum definitum sic: *aportez le pain, le roti &c.*

CAPUT III.

De Pronomine.

In hac lingua pronomina distribuuntur in sex classes, suntq; Personalia, Possessiva Demonstrativa, Relativa, Interrogativa & Indefinita. Quæ verò sint conjunctiva & quæ absoluta patet in paragraphis sequentibus. §. imus.

De Pronominibus Personalibus.

PRonomina Personalia sunt 2plicia: Conjunctiva & absoluta. Conjunctiva quæ junguntur verbis sunt *1mo je* ego, *tu* tu, *il* ille, *elle* illa. *nous* nos, *vous* vos, *ils* illi, *elles* illæ. *2do me* vel *moi* mihi vel me, *te* vel *toi* tibi vel te, & hæc dativum & accusativum pro utroq; genere numeri singularis exprimunt. Item *nous* nobis vel nos, *vous* vobis vel vos, & hæc dativum & accusativum pro utroq; genere referunt. *se* sibi vel se in dativo & accusativo pro utroq; genere & numero usurpatur. *Lui* ei, dativum in singulari numero pro utroq; genere significat. & *leur* illis, dativum pluralis numeri pro utroq; genere denotat. Item *le* illum, *la* illam & *les* illos vel illas in hac acceptione accusativum exprimendo

do vim pronominum non articulorum habent. Item *y* & *en* etiam pronomina conjunctiva sunt. Absoluta verò quæ ex se non exigunt ut jungantur verbis sunt sequentia, & declinantur cum articulo indefinito. Unde causâ facilitatis sit.

Schema

Pronominis Personalis absoluti.

SINGULARIS

N.	*moi*	*toi*	*lui*	*elle*
	ego	tu	ille	illa
G.	*de moi*	*de toi*	*de lui*	*d' elle*
	mei	tui	illius	illius
D.	*à moi*	*à toi*	*à lui*	*à elle*
	mihi	tibi	illi	illi
Ac.	*moi*	*toi*	*lui*	*elle*
	me	te	illum	illam
Ab.	*de moi*	*de toi*	*de lui*	*d' elle*
	à me	à te	ab illo	ab illa.

PLURALIS.

N.	*Nous*	*vous*	*eux*	*elles*
	nos	vos	illi	illæ
G.	*de nous*	*de vous*	*d' eux*	*d' elles*
	noſtrum	veſtrũ	illorũ	illarum
D.	*à nous*	*à vous*	*à eux*	*à elles*
	nobis	vobis	illis	illis

Ac:	*nous*	*vous*	*eux*	*elles*
	nos	vos	illos	illas
Ab:	*de nous*	*de vous*	*d' eux*	*d' elles*
	à nobis	à vobis	ab illis	ab illis

Pronomen verò *soi* sic inflectitur G. *de soi* sui, D. *à soi* sibi, Ac: *soi* se, Ab: *de soi* à se.

Usus Pronominum tam conjunctivorum quàm absolutorum ex his colligitur exemplis *1mo* conjunct: vg. *je dis* ego dico, *tu dis* tu dicis, *il* vel *elle dit* ille vel illa dicit. *Nous disons* nos dicimus, *vous dites* vos dicitis, *ils* vel *elles disent* illi vel illæ dicunt. Item *me, te, nous, vous, se,* prout Accusativum referunt, exemplificantur sic: vg. *il me loue* ille me laudat, *il se derange* ille se perturbat, *je vous aime* amo vos &c. *2do* dum dativum exprimunt sic: vg. *le Roi nous accorde une grace* Rex nobis concedit gratiam, *vous me reprochez* vos mihi exprobratis &c. *3tio moi* & *toi* solùm post imperativum accipiuntur in affirmativa locutione vg. *dis-moi* dic mihi &c. Item *lui, leur,* exemplificantur sic: *je lui dois du respect* debeo ei respectum, ubi *lui* tam viro quàm fœminæ convenit. Item *je leur répondrai* illis respondebo, similiter *leur* convenit tam viris quam fœminis. Item *le,*

la,

la, *les*, usurpantur sic: vg. *je le connois* ego nosco illum, *vous la voyez* vos illam videtis, *je les examinerai* ego examinabo illos vel illas, ubi *les* utriq; generi attribuitur. Item *y* & *en* usurpantur sic: vg. *j' y consens* assentior huic, *je m' en souviens* recordor de hoc, & hæc pronomina scilicet *le*, *la*, *les*, *y* & *en* conjunctiva dicuntur, nam junguntur verbis ut patet, relativa tamen adhuc vocantur nam referuntur ad res vel ad personas de quibus est vel erat sermo, unde §. 4. de pronomine relativo videndus est. 2dò absoluta usurpantur sic· vg. si inquireretur *qui est là* quis ibi est? R. *moi* ego & *non je*. Item *je m' en rapporte à vous* vel *à eux* refero me in hoc ad vos vel illos, item *je depends d' eux* dependeo ab illis &c. Pronominibus tamen immediatè dictis ob majorem expressionem additur hæc vox *même* in singulari, & *mêmes* in plurali vg. *tu ne parles que de toi-même* tu non loqueris nisi de te ipso, *le sage se suffit à lui-même* sapiens sufficit sibi ipsi.

§. 2dus

De Pronominibus Possessivis.

PRonomina Possessiva dicuntur, nam possessionem & proprietatem alicujus rei

rei designant, suntq; 2plicia conjunctiva & absoluta. Conjunctiva quæ semper cum substantivis ponuntur sunt *1mô* pro masc: genere *mon* meus, *ton* tuus *son* suus vel ejus. *2do* pro fœminino genere *ma* mea, *ta* tua, *sa* sua, vel ejus, & hæc pronomina posteriori modo sumpta præponuntur substantivis ejusdem generis à consonanti vel *h* aspirabili inchoatis, nam si substantiva etiam fœminini generis à vocali vel *h* muto incipiant tunc *mon ton son* eis præponendum est vg. *mon espérance* mea spes, *ton industrie* tua industria, *3tiò* utriusq; generis sunt nempe *nôtre* noster vel nostra, *vôtre* vester vel vestra, *leur* illorum vel illarum. Pluralis verò prædictorum omnium pronominum utriusq; generis est, ut *mes* mei vel meæ, *tes* tui vel tuæ &c. & omnia cum articulo indefinito inflectuntur. Absoluta verò quæ sinè substantivis adhibentur sunt *le mien* meus, *le tien* tuus, *le sien* suus, vel illius. *la mienne* mea, *la tienne* tua, *la sienne* sua vel ejus. Item *le nôtre* noster, *le vôtre* vester, *le leur* illorum, illarum. *la nôtre* nostra, *la vôtre* vestra, *la leur* illorum illarum, & hæc cum articulo definito inflectuntur, sed sit.

Sche-

Schema imum.

Pronominis Poſſeſſivi conjunctivi.

SINGULARIS

Maſc:	N.	*mon*	*ton*	*ſon*
	G.	*de mon*	*de ton*	*de ſon*
	D.	*à mon*	*à ton*	*à ſon*
	Ac.	*mon*	*ton*	*ſon*
	V.	*ô mon*	- - -	- - -
	Ab.	*de mon*	*de ton*	*de ſon*
Fæmin:	N.	*ma*	*ta*	*ſa*
	G.	*de ma*	*de ta*	*de ſa*
	D.	*à ma*	*à ta*	*à ſa*
	Ac.	*ma*	*ta*	*ſa*
	V.	*ô ma*	- - -	- - -
	Ab.	*de ma*	*de ta*	*de ſa*

PLURALIS

Utriusq; eſt generis

N.	*mes*	*tes*	*ſes*
G.	*de mes*	*de tes*	*de ſes*
D.	*à mes*	*à tes*	*à ſes*
Ac.	*mes*	*tes*	*ſes*
V.	*ô mes*	- - -	- - -
Ab:	*de mes*	*de tes*	*de ſes*

Schema 2dum

Pronominis Poſſeſſivi utriusq; generis

SINGULARIS

N.	*notre*	*votre*	*leur*

G. *de notre*	*de votre*	*de leur*
D. *à notre*	*à votre*	*à leur*
Ac. *notre*	*votre*	*leur*
V. *ô notre*	- - -	- - -
Ab. *de notre*	*de votre*	*de leur*

PLURALIS

N. *nos*	*vos*	*leurs*
G. *de nos*	*de vos*	*de leurs*
D. *à nos*	*à vos*	*à leurs*
Ac. *nos*	*vos*	*leurs*
V. *ô nos*	- - -	- - -
Ab. *de nos*	*de vos*	*de leurs*

Schema 3tium

Pronom: Poſſeſſi: abſoluti

SINGULARIS

N. *le mien*	*le tien*	*le ſien*
G. *du mien*	*du tien*	*du ſien*
D. *au mien*	*au tien*	*au ſien*
Ac. *le mien*	*le tien*	*le ſien*
V. - - -	- - -	- - -
Ab. *du mien*	*du tien*	*du ſien*

PLURALIS

N. *le miens*	*les tiens*	*les ſiens*
G. *des miens*	*des tiens*	*des ſiens*
D. *aux miens*	*aux tiens*	*aux ſiens*
Ac. *les miens*	*les tiens*	*les ſiens*
V. - - -	- - -	- - -
Ab. *des miens*	*des tiens*	*des ſiens*

Schema 4tum

Singularis

N.	*la mienne*	*la tienne*	*la ſienne*
G.	*de la mienne*	*de la tienne*	*de la ſienne*
D.	*à la mienne*	*à la tienne*	*à la ſienne*
Ac.	*la mienne*	*la tienne*	*la ſienne*
V.	- - -	- - -	- - -
Ab.	*de la mienne*	*de la tienne*	*de la ſienne*

Pluralis

N.	*les miennes*	*les tiennes*	*les ſiennes*
G.	*des miennes*	*des tiennes*	*des ſiennes*
D.	*aux miennes*	*aux tiennes*	*aux ſiennes*
Ac.	*les miennes*	*les tiennes*	*les ſiennes*
V.	- - -	- - -	- - -
Ab.	*des miennes*	*des tiennes*	*des ſiennes*

Schema 5tum

Singularis

N.	*le* vel *la nôtre*	*le* v. *la vôtre*	*le* v. *la leur*
G.	*du, de la nôtre*	*du, de la vôtre*	*du, de la leur*
D.	*au, à la nôtre*	*au, à la vôtre*	*au, à la leur*
Ac.	*le, la nôtre*	*le, la vôtre*	*le, la leur*
V.	- - -	- - -	- - -
Ab.	*du, de la nôtre*	*du, de la vôtre*	*du, de la leur.*

Pluralis

Utriusq; eſt generis.

N.	*les nôtres*	*les vôtres*	*les leurs*
G.	*des nôtres*	*des vôtres*	*des leurs*

D.	*aux nôtres*	*aux vôtres*	*aux leurs*
Ac.	*les nôtres*	*les vôtres*	*les leurs*
V.	- - -	- - -	- - -
Ab.	*des nôtres*	*des vôtres*	*des leurs*

Adverte verò quòd Pronomen poſſeſſivum ſcil: *leur* diſtinguitur à priori conjunctivo *leur*, nam Pronomen conjunctivum dativum ſolùm pluralis numeri exprimit ut patuit ſupra, poſſeſſivum verò per omnes caſus inflectitur ut declinatio monſtrat.

Uſus verò Pronominum poſſeſſivorum tam conjunctivorum quàm abſolutorum exemplis illuſtrâtur ſic: vg. *votre cheval eſt meilleur que le mien*, tuus eqvus eſt melior quàm meus. Item *ma chambre eſt plus commode que la ſienne* meum cubiculum eſt magis commodum quàm ejus &c. ubi conſtat quòd pronomen abſolutum adhibetur ideò ne unum ſubſtantivum bis repetatur, hinc eſt quòd debet cohærere cum tali ſubſtantivo in genere & numero, quod facilè exempla ſupra allata oſtendunt. Pronomen verò *leur* in ſingulari uſurpatur cùm ſermo procedit de una re poſſeſſa, & de pluribus Poſſeſſoribus v.g. *leur maiſon* illorum vel illarum domus, *leurs* in plurali adhibe-

hibetur, quando sermo est de pluribus rebus possessis, & de pluribus Possessoribus v.g. *leurs biens* illorum vel illarum bona &c.

§. 3tius

De Pronominibus demonstrativis.

PRonomina demonstrativa sunt 2plicia conjunctiva & absoluta. Conjunctiva sunt sequentia nempè *ce* & *cet* hic, item *cette* hæc. *1mum* scil: *ce* ponitur cum substantivis masculini generis à consonan- vel *h.* aspirabili incipientibus, *2dũ* nempe *cet* cum substantivis etiam masculini generis sed à vocali vel *h.* muto inchoatis. *Cette* verò cum substantivis fœminini generis quomodocunq; incipientibus adhibetur. Absoluta autem sunt *celui* hic, *celle* hæc, item *ceci*, *cela* hoc, & omnia inflectuntur cum articulo indefinito.

Schema 1mum.

Pronom: demonstr:	*Conjunct:*	
N. Ac. *Ce*	*cet*	*cette*
G. Ab. *de ce*	*de cet*	*de cette*
D. *à ce*	*à cet*	*à cette*

In Plurali hæc tria Pronomina habent *ces*:

Schema 2dum

Pronom: demonstr: absoluti

Sin-

SINGULARIS

N. Ac:	*celui*	*celle*
G. Ab:	*de celui*	*de celle*
D.	*à celui*	*à celle*

PLURALIS

N. Ac.	*ceux*	*celles*
G. Ab.	*de ceux*	*de celles*
D.	*à ceux*	*à celles*

Schema 3tium

Pronom: demonstr: absoluti

SINGULARIS

N. Ac.	*ceci*	*cela*
G. Ab:	*de ceci*	*de cela*
D.	*à ceci*	*à cela*

Hæc duo Pronomina plurali carent.

Usus prædictorum Pronominum colligitur ex exemplis idq; *imò* conjunctiva usurpantur sic: v.g. *ce drap est fin* hic pannus est eximius. *Cet oiseau chante bien*, hæc avis bene canit. *cette plume est bonne* hic calamus est bonus &c. *2dò* absoluta sic: *mon livre est meilleur que celui de votre Frere* meus liber est melior libro tui Fratris. Itē *la vie sans bonne éducation ressemble plutôt à celle des bêtes qu' à celle des hommes* vita sinè bona educatione potiùs est similis vitæ ferarum quàm hominum &c. & hæc pronomina

mina abſoluta ſupplent vices ſubſtantivorum ne bis vel pluries repetantur, cum illisq; in genere concordant, ut exempla monſtrant. Sunt verò particulæ *ci* & *là* quæ causâ majoris demonſtrationis dictis pronominibus in omni caſu utriusq; numeri adjungi ſolent, abſolutis quidem immediatè, conjunctivis autem intermedio ſubſtantivo vg. *celui-ci* hicce, *celui-la* ille ibi, *cet homme-ci* iſte hìc homo, *cette femme-là* illa ibi mulier.

§. 4tus.

De Pronominibus Relativis.

PRonomina relativa dicuntur nam referuntur ad Nomina vel Pronomina alia ſive perſonas vel res de quibus ſermo inſtituitur. Suntq; ſequentia nempe *qui*, *que*, *quoi*, *dont* & hæc utriq; generi & numero communia ſũt. *lequel* verò pro maſculino, & *laquelle* pro fœminino ſervit, cum quo autem articulo inflectantur Schemata monſtrant. Schema 1mum

Pronom. Relat: utriusq; gen: & num.

Singularis & pluralis

N. *Qui*

G. & Ab. *de qui* v. *dont* { qui, quæ (de v. à qua cujus, de v. à quo, quorum, quarum, de iv. à quibus.

D. *à qui* { cui, quibus
Ac. *qui* v. *que* { quem, quam, quos, quas,

Schema 2dum

Pronom: Relat.

SINGULARIS

	Masc:	Fæm:
N.A.	*lequel* qui, quē	*laquelle* quæ, quam.
G. Ab.	*duquel* v. *dont*	*de laquelle* v. *dont.*
D.	*auquel*	*à laquelle*

PLURALIS

N.A.	*lesquels* qui, quos	*lesquelles.* quæ quas
G.Ab.	*desquels* v. *dont*	*des quelles* v. *dont*
D.	*auxquels*	*aux quelles*

Schema 3tium

Pronom. Relat.

Singularis & Pluralis.

N. - - - - - -
G. Ab. *de quoi* v. *dont*
D. *à quoi*
Ac. *quoi*

Usus horum Pronominum illustratur exemplis & *imò* relativum *Qui* in nominativo casu usurpatur post nomen vel pronomen exprimens personam vel rem v.g. *le jeune homme qui cultive la vertu & les sciences goûte un bonheur plus solide que celui qui passe sa vie dans la dissipation & dans les plaisirs*

firs. Juvenis qui excolit virtutē & scientias capit felicitatem solidiorem, quàm hic qui terit vitam suam in distractione & voluptatibus. Idem pronomen in aliis omnibus casibus scil: in Genit. Dat. Accusat: & Ablat: solùm adhibetur post nomen vel pronomen personam exprimens sed nunquam post res inanimatas, nec etiam post nomina animalium, unde malè dicitur *le livre de qui vous m' avez fait present* liber, quem mihi donasti. Item *le cheval de qui vous m' avez parlé* eqvus de quo mihi locutus es, rectè autem dicitur v.g *le gentil-homme de qui j'ai reçu beaucoup de liberalités* nobilis à quo recepi multa beneficia. Accusativus verò ejusdem pronominis cùm sit duplex ut declinatio monstrat unde *1mus* scil: *qui* cum præpositione ponitur v.g. *songeons à flechir le juge devant Qui nous devons paroître un jour*. cogitemus ut flectamus Judicem coram Quo debemus sistere certo die. *2dus* nempe *que* adhibetur dum verbum eundem casum regens sequitur, usurpaturq; tam post personas quàm res v.g. *je vous remercie des nouvelles que vous m' avez écrites*. Gratias tibi ago pro rumoribus quos mihi descripsisti &c.

2dò Pronomina *lequel* & *laquelle* in casibus obliquis utriusq; numeri usurpantur tam post personas quàm res, in iisq; casibus liberum est etiam uti suprapositò Pronomine pro exigentia expressionis sed tunc dum sermo est de personis v. g. *le Prince à la Protection du quel* vel *de qui je dois ma fortune* Princeps cujus protectioni debeo meam fortunam. Item *il faut bien choisir les amis aux quels* vel *à qui on veut donner sa confiance* eligendi sunt amici quibus aliquis vult concredere suam fiduciam, sed si sermo est de rebus, nunquam superiori pronomine utendum est v.g. *les sciences aux quelles* (non *à qui*) *je m' applique* scientiæ quibus incumbo. Nominativo autem utimur dum volumus nos clarè explicare, & evitare omnem æquivocationem, ut in operibus dogmaticis, aut in phrasibus in quibus relativum est separatum ab antecedente per alia nomina diversi generis, protunc potest repeti antecedens dictum jungiq; pronominibus *lequel* & *laquelle* dicendo v.g. *lequel Principe me fait conclure* quod Principum dat mihi locum concludendi. Similis est servanda regula de iisdem Pronominibus in accusativo positis.

Sed

Sed præter expreſſionem emphaticam dicta pronomina in Accuſativo cum præpoſitione ponuntur v.g. *connoiſſez-vous la perſonne avec laquelle* vel (*avec qui*) *vous avez diſcouru?* noſcis ne perſonam cum qua locutus es? Item *l'opinion contre laquelle* ſed non (*contre qui*) *je me declare*, opinio contra quam pugno.

3tio *Quoi* quod pronomen ut relativum nominativo caret, adhibeturq; ſemper poſt res inanimatas, & præcipuè in caſu Dativo uſurpatur v.g. *c'eſt une objection à quoi il faut répondre*, objectio ad quam reſpondendum eſt. Item *le bonheur éternel eſt l'unique objet à quoi nous devons aſpirer* felicitas æterna eſt unicum objectum ad quod aſpirare debemus. Sed in his & ſimilibus exemplis loco *à quoi* poteſt adhiberi Dativus Pronominum *auquel, à la laquelle*. Dativus tamen pronominis nempe *à quoi* omnino ponitur dum refertur ad *rien*, vel *ce* v.g. *il n'y a rien à quoi je ſois plus porté* nihil eſt ad quod magis ferar. Item *c'eſt à quoi je vous exhorte* ad hoc te exhortor. Idem eſt intelligendum de Genitivo ejusdem Pronominis quod ſimiliter uſurpatur poſt *ce* vel *rien* v.g. *c'eſt de quoi*

il eſt le Maître hoc ipſum eſt de quo poteſt pro libitu diſponere. In Accuſativo verò cum præpoſitione ponitur v. g. *le principe ſur quoi je me fonde*, principium quo nitor, ſed liberum eſt ponere *ſur lequel* locò *ſur quoi* &c.

4tò Pronomen *dont* quod indeclinabile eſt, nec articulum admittit, poteſt referri ad omne antecedens in quocunq; genere & numero poſitum ſuppletq; vices Pronominum *de qui, duquel, de laquelle, desquels, desquelles, de quoi* in Genitivo & Ablativo poſitorum ut patet ex declinationibus. Unde licèt in ſupra allatis exemplis malè dicatur *le livre de qui vous m' avez fait préſent* bene verò dicitur *le livre dont vous* &c. Item licèt malè dicatur *le cheval de qui vous m' avez parlé* bene tamen dicitur *le cheval dont* &c. Particulæ tandem ſive Pronomina de quibus in §. imo actum eſt hîc iterum recenſentur idq; imò *le, la, les*, quæ vocantur Pronom: relativa eò quòd reſpiciant res de quibus antecedenter eſt vel erat ſermo, cum illisq; in genere, numero & caſu Accuſativo concordant v.g. ſi inquiretur ſic: *voyez-vous ce Palais* vides ne hoc Palatium? R. *oui je le vois* ſic video

illud

illud, item *lisez-vous la sainte écriture* legis ne scripturam Sacram? ℟. *oui je la lis* sic lego illam &c.

Quantum verò ad Pronomina *en* & *y* imum scilicet *en* exprimit imò Casum Genitivum vel Ablativum, genus masculinũ, vel fœmininum, numerum singularem vel pluralem potestq; poni locò omnium pronominum personalium, vel rei cujusvis de qua sermo est vel erat ùt dum dico *j'en parle* juxta circumstantiam discursus potest intelligi *de moi* de me, *de toi* de te, *de nous* de nobis, *de vous* de vobis, *de lui* de illo, *d' elle* de illa, *d' eux* de illis, *d' elles* de illis, *de cela* de hoc, *de cette chose* de hac re, vel *de ces choses* de his rebus. 2dò tenet locum nominum in casu nominativo vel Accusativo positorum quæ declinantur cum articulo partitivo scilicet: *du, de la, de l', des*, v.g. si loquendo de libris diceres, *il m' en est arrivé de Paris* venerunt mihi Parisiis, hoc exemplum ostendit quod *en* supplet vices nominis in Nominativo positi scilicet *libri*. Item si inquireretur v.g. *avez vous du vin, de la biere, de l'eau, des poires?* habes ne vinum, cerevisiam, aquam, pyra? ℟. *oui j'en ai* sic habeo. etiam ex hoc exem-

plo colligitur quod *en* repræsentat vim nominum in casu Accusativo positorum. Pronomen demum *y* refert Dativum utriusq; generis & numeri, tenetq; locum rei de qua sermo est vel erat & ponitur post verba Dativū regentia v.g. si inquireretur sic: *vous appliquez-vous à la Rhetorique* applicas ne te Rhetoricæ? R. *oui je m' y applique* sic applico me ei. item *pensez-vous à cela* cogitas ne de hoc? R. *non, je n' y pense pas* non cogito de hoc. Accipiuntur adhuc *en* & *y* pro adverbiis dicendo v.g. *j' en sors* illinc exeo, *j' y étois* eram ibi.

§. 5tus.

De Pronominibus Interrogativis.

PRonomina (de quibus hìc agitur) sunt sequentia scilicet: *qui* pro utroq; genere, *quoi* pro neutro, *lequel* pro masculino, & *laquelle* pro fœminino, quæ declinantur cum articulo indefinito præter *lequel* & *laquelle*. Hæc pronomina vocantur & absoluta & interrogativa. Absoluta dicuntur ex eo quod non supponunt antecedens, ob quam rationem differunt à relativis. Interrogativa verò appellantur, nam in interrogatione adhibentur. Sed sit

Schema

Schema 1mum.

Pronom: Interrog. Absoluti.

N.	*Qui?*	*quoi, que?*
G.	*de qui?*	*de quoi?*
D.	*à qui?*	*à quoi?*
Ac.	*qui?*	*que?*
Ab.	*de qui?*	*de quoi?*

Pronomina *lequel* & *laquelle* similiter inflectuntur ut relativa.

Schema 2dum

Pronom: Interrog: Conjunct:

Masc:	Singularis	Fæm:
N. Ac.	*Quel?*	*quelle?*
G. Ab:	*de quel?*	*de quelle?*
D.	*à quel?*	*à quelle?*
	Pluralis	
N. Ac:	*Quels?*	*quelles?*
G. Ab:	*de quels?*	*de quelles?*
D.	*à quels?*	*à quelles?*

Usus horum omnium Pronominum illúminatur exemplis idq; *1mò* Pronom: *qui* inquirendo v.g. *qui est la?* quis ibi est? *Qui cherchez-vous* quem quæris? *2dò quoi* in Nom: sic: v.g. *quoi de plus triste?* quid tristius? Item in Ablativo v.g. *de quoi parlez-on?* de quo sermo est. *3tiò* in Nominat: *que* usurpatur sic: v.g. *que sommes-nous de-*

vant

vant Dieu? quid sumus coram DEO? in Accusat: sic: v.g. *que souhaitez-vous?* quid optas? Item *que* juxta usum potest usurpari loco *de quoi, à quoi* sic v.g. *que sert la science sans la vertu?* hoc est *à quoi sert &c* quid prodest scientia sine virtute? *ato lequel & laquelle* sic: v.g. *auquel des Ministres m'adresserai-je?* Ad quem Ministrorũ me conferam? *sto quel & quelle* sic: v.g. *quelle maison voulez-vous acheter* quam domum vis emere.

Advertetamen quod Pronomina prædicta etiam sine interrogatione usurpantur in phrasibus dubium, incertitudinem vel ignorantiam exprimentibus v.g. *il ne sait que faire* nescit quid sit facturus. Item *j'examinerai de quoi il est capable.* Examinabo cujus sit capax. Item *je ne sais qui vous êtes,* nescio quis tu es? &c.

§. 6tus.

De Pronominibus Indefinitis.

PRonomina indefinita dicuntur nam personam vel rem incertam significant. Dividuntur verò in 4 Classes in *1ma* sunt *quelqu' un, chacun, quiconque, autrui, Rien, Personne, l'un, l'autre* & hæc ponuntur sinè substantivis. In *2da* sunt *chaque, quelque, quelconque,* & *certain.* Et hæc cum substan-

tivis

tivis ponuntur. In *3tia* reponuntur nempè *nul, aucun, pas un, autre, l'un & l'autre, même plusieurs, tel, tout.* quæ modò cum substantivis modò sinè illis usurpantur. In *4ta* demum sunt *quelque, quoi que, quelque que, tout que,* & hæc particularem significationem habent. Ista itaq; Pronomina ut melius intelligantur, singula infra posito explicantur ordine & exemplis suis illustrantur. *Imò.*

Quelqu'un aliquis & in fœminino *quelqu' une* aliqua, hoc Pronomen tam personis, quàm rebus attribuitur ac inflectitur cum articulo indefinito in utroq; numero usus verò ejus colligitur ex exemplis vg. *quelqu' un vous demande* aliquis te petit, item *je me servirai de quelques-uns de vos livres* utar aliquibus ex tuis libris.

Chacun, quilibet, & in fœmininо *chacune* quælibet, dicitur tam de personis, quàm rebus, inflectiturq; cum articulo indefinito sed plurali caret. Usurpatur verò sic: v.g. *chacun cherche son profit* quilibet quærit suum commodum. Item *Dieu rendra à chacun selon ses oeuvres.* Deus reddet cuilibet juxta sua opera.

Quiconque hoc Pronomen usurpatum in

in genere masculino dicitur solùm de personis, declinatur cum articulo indefinito sed plurali caret. Complectiturq; in se relativum cum suo antecedente dicendo v.g. *quiconque veut être ami de ce monde se rend ennemi de Dieu.* quicunq; vult esse amicus hujus mundi fit inimicus Dei. Item *les sacrements sont une source de grace à quiconque s'en approche dignement* Sacramenta sunt fons gratiæ cuicunq; dignè ad illa accedenti.

Autrui alter vel altera, dicitur solùm de personis utriusq; generis, inflectitur cum articulo indefinito sed plurali caret. Usus autem ejus propriè restringitur ad Genitivum, Dativum, & Ablativum v.g. *il ne faut pas insulter à la misere d' autrui* non est insultandum miseriæ alterius. Item *ne faites point à autrui ceque vous ne voudriez pas que l'on vous fit* ne facias alteri quod nolles tibi fieri.

Rien si consideratur ut pronomen indefinitum masculini generis est, inflectitur cum articulo indefinito & plurali caret. Usurparur verò 2pliciter, *imò* cum negatione scilicet *ne*, & in hoc sensu significat idem quod latinum *nihil* v.g. *rien ne*

vous

vous manque nihil tibi deeſt. Item *les Juifs ne pouvoient accuſer Jeſus Chriſt de rien qui meritât la mort.* Judæi de nihilo poterant accuſare Jeſum Chriſtum quod mereretur mortem. *2dò.* ſine negatione prædicta & in hac acceptione valet idem quod pronomen latinum *aliquid*, adhibeturq; in dubio, incertitudine vel interrogatione. v.g. *je doute que rien ſoit plus capable de faire impreſſion ſur les hommes que les miracles.* Dubito ut aliquid poſſit facere majorem impreſſionem hominibus quàm miracula. Dum autem accipitur pro ſubſtantivo poteſt inflecti cum articulo definito vel unitatis, & pluralem admittit. ut *le rien, un rien, des riens.*

Perſonne modò pronomen indefinitum, modò nomen ſubſtantivum eſt, in nullo tamen ſenſu de rebus dicitur. Dum pronomen indefinitum eſt plurali caret, & inflectitur cum articulo indefinito. Uſurpatur autem 2pliciter *1mò* cum negatione *ne* & in hac acceptione tantùm valet, quantùm latinum *nemo* v.g. *Perſonne ne ſait s'il eſt digne d' amour ou de haine* nemo ſcit utrū dignus ſit amore vel odio. Item *la fierté ne convient à perſonne.* Superbia neminem decet,

cet. 2dò sinè negatione prædicta, & tunc valet idem quod pronomen *aliquis*, adhibeturq; in dubio, incertitudine, vel interrogatione v.g. *Personne peut-il croire une chose de cette nature* potestne aliquis dare fidē tali rei? Dum verò *Personne* pro nomine substantivo sumitur protunc est generis fæminini, & inflectitur in utroq; numero cum articulo definito vel unitatis, adhibetur verò sic: v.g. *j'ai vu la personne que vous m'avez envoyée* vidi personam quam mihi misisti. Item *je sais cette nouvelle d'une personne bien instruite* scio hunc rumorem à persona bene instructa.

l'un l'autre hæc pronomina declinantur cum articulo definito in utroq; numero sumunturq; separatim vel conjunctim. Accepta separatim usurpantur sic: v.g. *l'un apprend, l'autre écrit* unus studet, alter scribit. Accepta verò conjunctim exprimunt mutuum ordinem inter plures personas vel plures res, & tunc primum semper manet in nominativo & secundum in alio casu v.g. *l'un hait l'autre* unus alium odio habet. Item *ils se le donnent les uns aux autres.* invicem sibi dant.

Chaque quivis vel quævis, inflectitur cum articulo indefinito sed plurali caret. Usurpatur verò sic: v.g. *chaque langue a ses expressions* quævis lingua habet suas expressiones.

Quelque aliquis vel aliqua, declinatur cum articulo indefinito in utroq; numero, usus autem ejus est talis: v.g. *avez vous quelque livre?* habes ne aliquem librum? Item *c'est le sentiment de quelques Philosophes qu'il y a du vuide dans la nature*, est sentimentum aliquorum Philosophorum quod vacuum sit in rerum natura. Idem pronomen *quelque* junctum substantivo scilicet: *chose*, significat latinum *aliquid*, & plurali caret, dum verò ei adjectivum adjungitur tunc semper in Genitivo casu v.g. *quelque chose de beau* aliquid pulchri.

Quelconque adhibetur non nisi in stylo practico dicendo v. g. *non obstant appellation quelconque* non obstante quacunq; appellatione.

Certain & in fæminino *certaine* dum pro pronomine accipitur denotat personam, vel rem indeterminatè sumptam, & in hoc sensu significat idem, quòd latinum

prono-

pronomen *aliquis* vel *quidam*, declinatur autem cum articulo indefinito vel unitatis in utroq; numero & usurpatur sic: *Certain Philosophe soutient le contraire* quidam Philosophus sustinet contrarium. Item *une certaine Dame* quædam Domina. Idem verò Pronomen pro adjectivo sumptum postponitur substantivo, videturq; significare idē quod latinum *certus* v.g. *un état certain* status certus, *une chose certaine* res certa.

3tiò.

Nul, *aucun*, *pas un*, & in fœminino *nulle*, *aucune*, *pas une*, hæc tria pronomina juncta particulæ negativæ scilicet *ne*: idem significant, in singulari numero solùm usurpantur, & cum articulo indefinito inflectuntur. Usus verò eorum sequenti exemplo illustratur v.g. *nul*, vel *aucun*, vel *pas un*, *n' est exemt de défaut* nemo sinè nævo est. *Aucun* tamen affirmativè ponitur in dubio & interrogatione, valetq; idem quod latinum pronomen *aliquis* v. g. *de tous ces livres y en a-t-il aucun qui vous agrée* ex omnibus his libris est ne aliquis qui tibi placeat? Item eadem pronomina adjectivè sumpta junguntur substantivis v.g. *je n'ai lu aucun Autheur* nullum legi Authorem. Item *un*

esprit

esprit prévenu ne se rend à aucune raison animus præventus nulli rationi acquiescit. Item *vous n'avez nul sujet, nulle occasion de vous plaindre*, nullam rationem, nullam occasionem habes conquerendi. Item *il ne répondit pas un mot*, nullum respondit verbum.

Autre alius vel alia, inflectitur cum omni articulo in utroq; numero, potestq; accipi vel sinè substantivo v.g. *un autre ne vous auroit pas pardonné aussi aisément que moi* alius non pepercisset tibi tam facilè quam ego, vel cum substantivo v.g. *je n'ai point d' autres pensées* non habeo alias cogitationes. Item significat idem quod latinum *dispar* v.g. *il raconte les choses tout autres qu'elles ne sont*, refert dispares res quàm sint.

l'un & l'autre uterq; & in fœminino, *l'une & l'autre* utraq; hoc pronomen declinatur tam in singulari, quàm plurali numero cum articulo definito, usurpatur verò vel sinè substantivo aperto v.g. *l'un & l'autre rapportent cela* uterq; id refert, vel non nunquam cum substantivo singulari v.g. *j'ai satisfait à l'une & à l'autre objection*. Satisfeci utriq, objectioni.

Même utriusq; generis est, & dum pro

Prono-

Pronomine ſumitur deſignat identitatem id eſt quòd ſit eadem perſona vel res de qua diſcurſus inſtituitur, v.g. *le même me l'a dit* idem, (id eſt homo) mihi dixit hoc. Dum autem pro adjectivo accipitur, uſurpatur tripliciter *1mò* poſt ſubſtantiva & pronomina multa idq; ob majorem expreſſionẽ dicendo v.g. *le Prince-même* ipſemet Princeps, *moi-même* egomet ipſe &c. *2dò* habet ſignificationem identitatis v.g. *le Corps de Jeſus Chriſt ſur nos autels eſt le même qui a été ſur la Croix* Corpus Jesu Chriſti eſt idem ſuper nóſtris Altaribus quod fuit in Cruce. *3tiò* denotat ſimilitudinem ſive æqualitatem v.g. *les coutumes de chaque Païs ne ſont pas les mêmes*, mores cujusq; nationis non ſunt æquales. Item ſumitur pro adverbio vel conjunctione v.g. *on dit même* dicitur inſuper.

Tel & in fæminino *telle*, dum pro pronomine ſumitur, valet idem quod Pronomen latinũ *hic* v.g. *tel menace qui tremble de peur*, hic minatur qui præ metu tremit. Dũ verò pro adjectivo accipitur, uſurpatur ſic: v.g. *telle vie, telle mort* qualis vita, talis mors.

Pluſieurs utriusq; generis eſt, inflectitur verò cum articulo indefinito, ſed ſingulari

gulari caret. Usurpatur autem vel finè substantivo v.g. *plusieurs le disent* plures hoc dicunt. vel cum substantivo v.g. *il a passé plusieurs mois en cette ville* transegit multos menses in hac Urbe.

Tout & in fæminino *toute*, declinatur cum articulo indefinito, usurpatur verò *1mò* substantivè in singulari numero videturq; valere idem quod latinum *omnia* v.g. *je suis prêt à tout* sum paratus ad omnia *2dò* adjectivè idq; 2pliciter: *1mò* si sit in numero singulari valet idem quod latinũ *integer* v.g. *tout le païs est inondé* integra regio est inundata. Item valet ut latinum *quisq;* v.g. *tout homme est mortel* quisq; homo est mortalis. *2dò* dum in plurali ponitur non solùm valet ut latinum *quisq;* sed adhuc exprimit quidpiam universaliter v.g. *tous les hommes sont morts en Adam* omnes homines sunt mortui in Adam.

4tò.

Quel & in fæmino *quelle* habens post se particulam *que* usurpatur in utroq; numero, sed tantum in nominativo casu, nec articulum admittit v.g. *quelque soit le motif de vôtre absence* qualecunq; sit motivum tuæ absentiæ. sed advertendum est quod

parti-

particula *que* ſeparatur ab hoc pronomine, ut differat à priori pronomine *quelque*.

Quoi habens poſt ſe particulam *que* inflectitur cum articulo indefinito in ſingulari numero tantùm, & in hoc ſenſu valet idem quod latinum *quidcunq;* v.g. *à quoi qu'on vous deſtine vous devez être ſoumis*, ad quidcunq; deſtinaris, debes parere. Sed pariter notandum eſt quòd *que* ſeorſim ſcribitur ut diſtinguatur à conjunctione *quoique*.

Quelque habens poſt ſe particulam *que* diverſimodè uſurpatur. Eſt vel declinabile, vel indeclinabile. Dum declinabile eſt, tunc pro adjectivo ſumitur, jungiturq; vel ſubſtantivo v.g. *quelques perfections qu'il ait* qualescunq; perfectiones habeat. Vel adjectivo poſt ſe ſubſtantivum habenti v.g. *quelques éclatantes actions qu'il faſſe* quamvis celebres actiones exerceat. Vel ſubſtantivo adjectivum poſt ſe habenti v.g. *quelques actions éclatantes qu'il faſſe*. Dum autem eſt indeclinabile, tunc pro adverbio accipitur, jungiturq; adjectivo ſeparato à ſuo ſubſtantivo v.g. *quelque éclatantes que ſoient les actions* quantumvis ſint celebres actiones. Item *quelque riches qu'il*

ſoient

soient quantumvis divites sint. Indeclinabile adhuc est, dum significat *environ* circiter, v.g. *ils étoient quelque cinquante hommes* erant circiter 50. viri.

Tout habens post se conjunctionem *que* sumitur pro *quamvis*, *quantumvis* estq; indeclinabile, vel declinabile. Tunc indeclinabile est, quando adjectivum masculini generis sequitur v.g. *tout éclairés qu' ils sont* quamvis sint illuminati. Quando verò adjectivum est fœminini generis, idq; in singulari numero, aut etiam in plurali modò à consonanti incipiat, *tout* declinabile est v g. *toute agréable & toute belle qu' elle est*, quamvis sit blanda & pulchra. Item *je penetre ces questions toutes difficiles qu' elles sont* penetro has quæstiones quamvis sit difficiles. Si verò adjectivum fœminini generis in plurali numero sit, & à vocali incipiat protunc *tout* est indeclinabile v.g. *tout affligées qu' elles sont* quantumvis sint afflictæ. Similiter sentiendum est dum *tout* habet significationem adverbii *entierement*.

CAPUT IV.

De Verbo.

